# ATTI

DELLA

# REALE ACCADEMIA DEI LINCEI

ANNO CCLXXIII.

1875-76

SERIE SECONDA — VOLUME VII.

ROMA
COI TIPI DEL SALVIUCCI
1880

# CODEX ASTENSIS

QUI

*DE MALABAYLA COMMUNITER NUNCUPATUR*

## Vol. IV.

APPENDIX ET INDICES LOCORUM ET HOMINUM

EDIDIT

QUINTINUS SELLA

LYNCEORUM ACADEMIAE CONSULTO

ASTE: NITET: MV̄DO:



ROMAE

EX TYPIS SALVIUCCI

MDCCCLXXX.

# ORDO RERUM

## QUAE IN VOLUMINE CONTINENTUR

# LECTORI BENEVOLO

Quod nunc in lucem prodit volumen continet:

*A.* LXI monumenta, quantum scimus inedita, ad Astam spectantia et ad ea tempora, ad quae pertinet Codex de Malabayla. Deprompta sunt ex Regio Taurinensi tabulario, ex Libro *della Croce* Municipii Alexandrini, ex Libro *Viridi* Astensis Ecclesiae, ex tabulariis municipalibus Vercellarum, Montis Calerii, Taurini;

*B.* Indices monumentorum;

*C.* Indicem locorum et

*D.* Indicem hominum, quorum nomina in Codice et Appendice occurrunt.

De Indicibus *C* et *D* haec notanda sunt:

Singulis locorum nominibus adjecimus fractiones quas vocant, ecclesias, hospitia, etc.

Quae loca pro hominum cognominibus sunt, v. g. *Bayamundus de Aglano*, in Indice hominum *D* adferuntur; ad plures homines pertinentia, v. g. *domini de Montebersario, homines de Alba,* in Indice *C*, uncis ( ) inclusa posuimus; quae vero ad munera publica pertinerent, v. g. *Abbas de Casanova, dux Spoleti,* in utroque Indice, sed in Indice locorum et ipsa uncis inclusa.

Quod est de hominibus, neque homonyma una conjuncta eundem hominem significare contendimus, nec diversos quae separata sunt. Dubia tibi dijudicanda permittimus.

In Indice *D* homines indicantur:

*a*) Cognomine, quoties in documento datum est. Cognomen autem plerumque habitum est ultimum nomen scriptum, cui tantummodo titulus vel ars vel agnomen subjectum esse solet;

*b*) Officio, ubi deest cognomen et officium indicatum est. Si quid dubii fuerit, memento fieri quidem posse ut interdum erraverimus; v. g. *Judex, Ferrarius*, modo cognomina, modo magistratus aut artificii nomina sunt;

*c*) Nomine. quotiescumque deest cognomentum, et officio homines indicandos non putavimus.

Locorum Indici *C* et hominum Indici *D* addidimus varias lectiones quibus idem locus vel homo appellari videtur. Quae cognomina a locis petita sunt, eorum in Indice *D* varias lectiones retulimus quae Indici *C* iam adscriptae non essent.

Quae hominum propria nomina sunt, vel esse videntur, eorum varias lectiones praetermittendas putavimus; pro quibus hanc adjicimus tabulam, in qua omnes Codicis lectiones continentur. Hoc vero animadvertendum, non omnes, quae varie componendo ex tabula fingi possint, lectiones in Codice quoque reperiri. Id quoque notandum fieri posse ut, variae ejusdem nominis formae diversa nomina esse videantur, quae unum sint; v. g. *Andrinus* et *Xandrinus, Bertoldus* et *Bertholotus*, et contra quae nos varias unius nominis lectiones interpretati sumus, ea diversa sint nomina.

Alaxa(ia)
Al(r)bertus(inus, o, onus)
Alexander(rinus), A(Sa, Xa)ndri(y)nus
Andreas(ta)
Ans(g)el(r)m(in)us
Ant(th)oni(in)us
Ap(pp)o(e)l(ll)onu(niu, iu)s
Ardi(e)z(ci, zi)o(onus, nus)
Ayc(ch)ardu(inus)s
Aymo(on, us)
Azo(onus)

Bal(u)di(ui, uy)nu(etu)s
Bau(l)donus
Ba(e)rt(th)olomeus
Ba(e)rt(th)olotus
Bay(i)alardus, Baalardus
Bay(i,j)amo(u)ns dinus, dus, tus)
Bellenge(ie)rius
Ber(rr)ardu(inu)s
Bergo(u)nd(t)ius
Bertoldu(otu)s
Be(a)rt(th)ol(ll)in(d, el, ot)us
Bo(e)ni(e)fac(t)ius, Faciu(nu)s

C(K)aro(r, ru)lus
C(G)hi(i)glonus
Co(u)nradu(inu)s
Cres(sc, x)encius

Dami(e)c(x)el(ll)a
Daniel(llus)

E(He, C)be(he, nv, uve, v)ra(ha)rdus
Engo(us)

Franc(ç)i(e)sc(ch, qu)u(inu)s
Francus(çhonus, conus, zonus)
Freder(l)ic(ch)us
Fulc(ch)o(etus, us)

Gal(au, ua)terius
Gandu(o)lf(ph)us
Gauc(z)erius
G(B, Gu)irar(l)dus
Girb(irib, iro, rib)al(an, au)du(inu)s
Gi(hi, ui)sulfus
Georgius(anus, nus), Gorgia(ça, za)nus
Go(de)fridus
Gomu(o)ndus
Golo(n)fredus
Gu(G, V)ar(l)neriu(o)s
Gui(Vi, Wi)do(atius, onus, tus, unus)
Gui(y)e(doc, dot, o)tus
Gui(il)fred(dot, ot, t)us
Gu(V, W)ille(e, gle, le, lie, llie, te)lmu(aciu, inu, onu, otu)s

He(E)l(ll)ena
He(A, E, Ha, O)nricu(ngricu, nriaciu, nrichu, rriaciu, uricu)s
Homo(me, n)deus
Hu(U)g(h)o(acius, onus)

Jaco*b*(bin, mell)us
Jm*e*(o)lda
Johan*ne*(e, netu, ninu. notu)s
Jorda*n*(nn)us
Jose*p*(ph)
J(I)u*l*(ll)ia*n*(nn)us

La*nf*(f, ff)ran*c*(ch, chin)us
Lauren*t*(c, g)ius
Le*o*(onus)
L*o*(a)*t*(ch, th)*a*(e)rius

M*a*(e)*n*(gni, in, m, y, yn)fre*d*(din, ot)us
Manue*l*(llinus, llus)
March*i*(e)*s*(x)*iu*(inu, u)s
Martin*u*(etu, otu)s
Mi*l*(ll)*e*(o)tus
Mi*l*(ll)o(onus)
Mu*ci*(ss, ti)us

Na*z*(ç)*a*(e)rius
Nicholo*s*(si)us
Ni*c*(ch)ol*a*(aus, etus, inus)

Obert*ari*(ali, on)us
*O*(U)*g*(gg, gl)erius
O(U)*liv*(lv)*e*(a)rius
Ose*bi*(p, pp)us
O*p*(b, pp)*i*(e)*ci*(c, ç, cin, z)*o*(us)
O*tt*(ct, d, dd)o(-, acius, inus, ocius, olinus, onellus, onus)

Pelle*r*(gr)inus
Pe*tr*(r, rr)*u*(aciu, inotu, inu, onu, otu)s
*Ph*(F)*i*(e, y)li*p*(pp)*u*(inu)s
P*i*(e)pinus
Po*n*(o)cius

Ra*y*(i)m*u*(o)nd*u*(inu)s
*R*(F)a*y*(i)nerius
Richel*d*(end)a
Ro(a, u)ba*l*(u)d*u*(inu, onu)s
Ro(a)dulfus
Ro(u)*g*(gl)erius
Ro*l*(ll)*a*(i)*n*(nd, ndin, ndon)us
R*u*(o)*ff*(f)ina
R*u*(o)*ff*(f)in*u*(ellu, etu)s

Samue*l*(llus)
S*i*(y)m(e)on(inus)
Si*s*(m)baldus
S*i*(y)*sm*(m, sim)ond*u*(inu)s
Si*x*(s)tus
Steph(f)*a*(i)nus

*Th*(T)*e*(eo)ba*l*(u)d*u*(inu)s
*Th*(T)oma*s*(inus, x, ynus)

U(O, Os, Um)bert*u*(aciu, etus, inetu, inu, onu)s
*Ul*(U)ricus

Vercell*u*(inu)s
*V*(R)ivaldus

Ymi*li*(gl)a

Hominum conditiones et munera compendiariis notis significavimus, quae propria declarantur tabella. Hoc vero te monitum volumus, admodum difficile ac incertum esse conditiones hominum dignoscere, nisi aperte ex documentis appareant; sunt enim qui liberi homines esse, et iidem, eodem in documento, rebus vel operae praestandae obnoxii videantur.

Notis arabicis, ut aiunt, *cursivis* annos significavimus; notis arabicis rotundis monumenta, ubi singula loca aut homines memorantur. Numeris Chronici Ogerii Alferii littera *c* subiecta est. Citatis adhibitae sunt emendationes, quarum tabulam in pag. 53 ad 56, ante primum Codicis monumentum reperisti.

# NOTAE COMPENDIARIAE DECLARANTUR

### HOMINUM TITULI VEL CONDITIO

*ab.* Abbas: abbatissa.
*arb.* Arbiter; arbitrator.
*cap.* Capitaneus; capitaneus populi.
*cast.* Castellanus, aut castellana.
*civ.* Civis.
*co.* Consul; consul justiciae, communis, civitatis, populi, societatis etc.
*com.* Comes et comitissa.
*con.* Consiliarius.
*cons.* Consors.
*cr.* Credendarius; consiliarius; credendarius communis, aut civitatis; rector et credendarius; paterfamilias; domus caput.
*cr.p.* Credendarius potestatis.
*d.* Dominus; domina: qui emit, vendit, pecuniam solvit aut exigit, obligationes quae juris feudalis, vel allodialis sunt, contrahit.
*h.* Homo liber: qui bellum indicit, vel facere promittit; amicitias, foedus, pacem, inducias spondet; fidelitatis juramentum praestat; fidejubet. conterminus est etc.
*hd.* Homo alicujus domini, qui rei venditae vices sequitur.
*hp.* Homo qui rerum praestatione tenetur. locationem, canonem persolvit.
*imp.* Imperator; imperatrix.
*j.* Judex; judex justiciae.
*jc.* Judex curiae: judex regiae aulae.
*j.p.* Judex potestatis; judex et vicarius potestatis.
*jur.* Advocatus; juris peritus: defensor jurium; doctor legum; causidicus: juris civilis professor; sapiens juris: utriusque juris professor etc.
*m.* Marchio; marchionissa.
*mag.* Magister.
*mi.* Miles.
*mi.p.* Miles potestatis.
*mon.* Monachus, vel monacha: frater. etc.
*n.* Notarius; scriptor; protonotarius: scriba; notarius imperialis. palatinus, sacri palatii et imperialis aulae.
*nun.* Nuncius.
*o.* Officialis communis: idest actor, missus, sindicus; sindicus et advocatus; procurator; mandatarius; mandatarius curiae communis: nuncius; ambaxiator; rector: rector et gubernator: clavarius; canevarius; massarius: vicarius; nomine communis; sapiens (unus ex quatuor) habens balyam negociorum; sacrista: custos sacramentorum; thesaurarius; inquisitor rationum communis etc.
*o.pon.* Officialis summi Pontificis: idest legatus: judex delegatus; domini Papae subdiaconus; delegatus Apostolicae Sedis etc.
*ob.* Obses.
*o.imp.* Officialis imperatoris: idest cancellarius: canzellarius imperialis aulae: scutifer et dapifer; vicarius imperialis aulae; vicarius regius: archicanzellarius: seschalchus: marscalchus; seneschalchus; seneschallus; camerarius imperialis aulae; legatus. missus. fidelis imperatoris etc.
*p.* Potestas.
*p.po.* Potestas populi.
*p.soc.* Potestas alicujus societatis.
*pr.* Prior; priora et priorissa; praepositus.
*pro.* Procurator; actor; sindicus; nomine et locum tenens alicujus.
*r.* Rector; rectrix.
*r.soc.* Rector alicujus societatis (quatuor habebantur societates Astae).
*sac.* Sacerdos; clericus; diaconus: archidiaconus; subdiaconus; cappellanus: presbyter; minister et archipresbiter (alicujus ecclesiae); canonicus etc.
*sap.* Sapiens.
*ser.* Servitor: scutifer: praeco communis: serviens potestati.
*t.* Testis: testis cum juramento; praesens.
*v.* Vicarius; missus.
*v.p.* Vicarius potestatis ejusque missus, nuncius ac procurator, siniscalcus etc.
*v.imp.* Vicarius imperatoris, vel imperii; vicarius imperialis aulae.
*vas.* Vassallus.
*vex.* Vexillifer: confanonerius: signifer etc.
*vi.com.* Vicecomes.

LOCORUM NOMINA

| | |
|---|---|
| *A.* | Ast, Astensis, de Aste. |
| *Ag.* | Aglanum, Aglani, de Aglano. |
| *Alb.* | Alba, Albae. de Alba. |
| *Ale.* | Alexandria. Alexandriae, de Alexandria: Cesaria. Cesariae. |
| *As.* | Astixium, Astixij, de Astixio, de Astese. |
| *Az.* | Azanum. |
| *B.* | Buscha, de Busca, Buschae. |
| *C.* | Carium, de Cario, Cariensis. |
| *Ca.* | Caretum, de Careto. |
| *Cal.* | Calamandranae. de Calamandrana. |
| *Cali.* | Caliani, de Caliano. |
| *Calo.* | Calocij, de Calocio. |
| *Can.* | Canelij, de Canelio, consortitus Canelij. |
| *Car.* | Cargnanum. |
| *Cas.* | Castrum. |
| *Cas.a.* | Castrum Aynaldum. |
| *Cas.n.* | Castrum Novum, Castrinovi, de Castronovo. |
| *Casl.* | Castagnolae, Castagnolarum. de Castagnolis. |
| *Ce.* | Ceva, de Ceva. |
| *Cl.* | Claraschum, Claraschi. |
| *Co.* | Coxanum. |
| *Cu.* | Cuneum, Cunej, de Cuneo. |
| *F.* | Felizanum, Felizani, de Felizano. |
| *G.* | Gorzanum, Gorzani, de Gorzano. |
| *H.* | Hencisia, Incisa, Encisia, de Hencisia. |
| *J.* | Janua, Januae. |
| *L.* | Lauretum, Laureti. |
| *Lan.* | Lanerium, Lanerij. |
| *Lov.* | Lovazolium, de Lovazolio. |
| *Man.* | Manzanum, Manzani, de Manzano. |
| *Max.* | Maxium, de Maxio. |
| *Mb.* | Monsbersarius, Montisbersarij. |
| *Mc.* | Monsclarus. |
| *Med.* | Mediolanum, Mediolani. de Mediolano. |
| *Mf.* | Monsferratus, Montisferrati, de Monteferrato. |
| *Monf.* | Monsfalconus, Montisfalconi. de Montefalcono. |
| *Mont.* | Montaldus. de Montaldo, de Monte alto. Montis alti etc. |
| *Mpr.* | Mons prevederus. de Monte prevedero. |
| *Mr.* | Monsrealis, Montisrealis, de Montereali. |
| *N.* | Nonum, de Nono. |
| *Ne.* | Neveae, Nevearum, de Neveis. |
| *P.* | Papia, Papiae, de Papia. |
| *Pl.* | Placentia. de Placentia. |
| *Pre.* | Preocha, Preochae, de Preocha. |
| *Prov.* | Provincia, Provinciae, de Provincia. |
| *R.* | Romanisium. Romanisij. |
| *Rip.* | Ripa, Rippola. |
| *Rup.* | Rupecula, de Rupecula; Rocheta. |
| *S.* | Sabaudia, Sabaudiae, de Sabaudia. |
| *Sal.* | Saluciae, de Salucijs. |
| *Sar.* | Sarmatorium, Sarmatorij, de Sarmatorio. |
| *Sav.* | Savillianum, de Savilliano. |
| *St.* | Stella, Stellae, de Stella. |
| *Sul.* | Sulbericum, Sulberici, de Sulberico. |
| *Sum.* | Summaripa, Summaeripae. |
| *T.* | Taurinum, Taurini, Taurinorum. |
| *Val.* | Valentia. Valentiae. |
| *Ver.* | Vercellarum, de Vercellis. |
| *Vig.* | Viginti, de Viginti. |
| *Vigl.* | Viglanum, Viglani. |
| *Vign.* | Vignalis, de Vignali. |
| *Vil.* | Villanova, Villaenovae. |
| *Vilm.* | Villa monalis. |

NOTAE COMMUNES

| | |
|---|---|
| *c.* | Chronicon Ogerii Alferii. |
| *s.a.* (*s.a*). | Sine anno. |
| *V.* | Vide. |

Lineola maiore (—) hominum nomina separantur. Notis compendiariis quas superioribus pagellis declaravimus significantur tituli singulis hominibus additi.

Tituli, gradus consanguinitatis vel affinitatis, locus natalis vel civitas, agnomen, reperiuntur in monumentis quorum numeri additi sunt usque ad lineolam minorem (-), vel ad aliam compendiariam notam, vel ad aliam consanguinitatis, affinitatis, civitatis etc. indicationem.

Res his, quae sequuntur, declaratur exemplis:

1.° Bulla Alinerius *h. 1192.* 263; *uxurarius 1206-08.* 820. — Obertus *h. 1215.* 344. — Otto *h. 1192.* 263; *civ. A. 1198.* 774. - *1225.* 290. 331. 554; *cr. A. 1232.* 1013; *h. 1277.* 709.

explic.: Bulla Alinerius *homo liber* anno *1192.* in monumento n. 263; *uxurarius* annis *1206* et *1208.* mon. n. 820.

Bulla Obertus *homo liber* an. *1215.* mon. n 344.

Bulla Otto *homo liber* an. *1192.* mon. n. 263; *civis Astensis* an. *1198.* mon. n. 774. - officii mentio non est. an. *1225.* mon n. 290. 331. 554; *credendarius Astensis* an. *1232.* mon. n. 1013; *homo liber* an. *1277.* mon. n. 709.

2.° Balzanus Bonefacius (filius Arnaldi) *d. Mb. 1289.* 143 ad 145. (patruus Manuelis et Frederici) 146.

» Balzanus Bonefacius filius Arnaldi *dominus Montisbersarij* an. *1289.* mon. n. 143 usque ad 145.

Balzanus Bonefacius patruus Manuelis et Frederici *dominus Montisbersarij* an. *1289.* mon. n. 146.

3.° Barberius Nicholaus (de Planecio, filius Oberti) *h. (s. a).* 867. - *t. 1187.* 138; (de Fossano) *h.* (*1251*). 686.

» Barberius Nicholaus de Planecio, filius Oberti *homo liber* (*sine anno*) mon. n. 867.

Barberius Nicholaus *testis* an. *1187.* mon. n. 138.

Barberius Nicholaus de Fossano *homo liber* an. (*1251*). mon. n. 686.

4.° Bassus Fredericus de Neveis *d. 1219.* 237; *h. 1242.* 247. — Guielmus (de Neveis) *d. 1219.* 237. - *o. Ce. 1296.* 678.

» Bassus Fredericus de Neveis *dominus* an. *1219.* mon. n. 237.

Bassus Fredericus de Neveis *homo liber* an. *1242.* mon. n. 247.

Bassus Guielmus de Neveis *dominus* an. *1219.* mon. n. 237.

Bassus Guielmus *officialis Ceve* an. *1296.* mon. n. 678.

5.° Becharius Petrus (pater Guale) *s. a.* 466; (de Rupecula) *h. 1190.* 460; (de Casurcio) *1290.* 746.

» Becharius Petrus pater Guale, officii mentio non est, *sine anno* mon. n. 466.

Becharius Petrus de Rupecula *homo liber* an. *1190.* mon. n. 460.

Becharius Petrus de Casurcio *homo liber* an. *1290.* mon. n. 746.

6.° Alamannus Thomas *cr. A. 1276.* 260. (Maffonus Alamanus) 955; (Thomas qui dicitur Maffanus vel Maffonus) *o. A. 1280.* 466. 501 ad 512.

» Alamannus Thomas *credendarius Astensis* an. *1276.* mon. n. 260.

Alamannus Maffonus *credendarius Astensis* an. *1276.* mon. n. 955.

Alamannus Thomas qui dicitur Maffanus vel Maffonus *officialis Astensis* an. *1280.* mon. n. 466. 501 usque ad 512.

# APPENDIX.

## MONUMENTA HUCUSQUE INEDITA, QUAE CODICI DE *MALABAYLA* SUBIICIUNTUR.

991. *Astenses et Vercellenses, Astenses et Otho Casalis Valoni dominus damna et iniurias utrinque illatas ultro citroque dimittunt.* 1194. 21 aprilis.

Anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo quarto. Indicione duodecima undecimo die ante kalendas madii. Presentia domini Jacobi Stricti Astensium potestatis necnon et Guidonis Advocati, Martini Bicherii, Guilelmi de Biguracano, Bonbelli Bazani, Jacobi de Guidalardis Consulum Comunis Vercellarum, Bonus Johannes de mortario Civis Vercellarum fecit finem et perdonationem in manu Bajamundi iudicis astensis vice et nomine omnium hominum de aste et spetialiter illorum nomine qui in eum in aste insultum fecerant de ipso insultu, et de omnibus injuriis offensis et maleficiis sibi ab eis ullo modo factis et de quantocumque illos exinde aliquo modo appellare posset. Ita quod omni tempore cum suis heredibus et tota sua parte permanebit exinde tacitus et contentus. Et ad invicem prefatus baiamundus vice prefati domini Jacobi Stricti et per ejus parabolam fecit ei similiter finem et perdonationem nomine comunis et omnium hominum de Aste de omnibus injuriis malefitiis et offensis, et dampnis ipsis hominibus de Aste ab illo bono Johanne et sua parte ullo modo factis seu datis et de quantocumque ipsum aliquo modo appellare possent. Ita quod omni tempore predicti omnes homines de Aste versus illum Bonum Johannem et ejus partem permanebunt exinde taciti et contenti. Actum in casa credentie Vercellarum. Ibi statim predicti Consules comunis Vercellarum nomine comunis et omnium hominum Vercellarum fecerunt finem ac perdonationem in manu jam dicti Bajamundi vice et nomine comunis et omnium hominum de Ast de omnibus illis injuriis et malefitiis offensis seu dampnis Vercellensibus ullo modo ab astensibus factis vel datis. Et ad invicem predictus baiamundus vice illius domini Jacobi Stricti et per ejus parabolam nomine Comunis Astensis et omnium hominum de aste fecit similiter finem et perdonationem in manibus predictorum consulum comunis Vercellarum nomine comunis et omnium hominum de Vercellis de omnibus offensis et malefitiis, injuriis seu dampnis predictis astensibus a Vercellensibus ullo modo factis seu datis. Item statuerunt quod si quis predictarum Civitatum debitum alicui alterius Civitatis dare debet quod ille cui debitum debetur debeat debitorem suum sub Consulibus Civitatis de qua est debitor convenire et jus suum sub eisdem consulibus consequi. Insuper predictus Guido advocatus nomine domini Ottonis de Casali Valono dicentibus illis Consulibus Vercellarum ipsum Ottonem constituisse illos Consules ad hoc suos missos fecit finem et perdonationem in manu illius Bajamundi nomine omnium hominum de Aste et specialiter illorum qui in eum in Civitate Astensi insultum fecerant de illo insultu et de omnibus injuriis offensis seu malefitiis ipsi Ottoni ullo modo ab eis factis, Ita quod idem Otto cum suis heredibus et sua parte omni tempore permanebit exinde tacitus et contentus. Et ad invicem prefatus Bajamundus vice prefacte potestatis et per ejus parabolam nomine comunis et omnium hominum de Aste fecit finem et perdonationem in manu ejusdem Guidonis nomine illius Ottonis de omnibus offensis et malefficiis et dampnis Astensibus ullo modo ab illo Ottone factis vel datis, et Insuper de quantocumque illum Ottonem vel ejus heredes ullo tempore ob id appellare possent. Unde due carte uno tenore sunt scripte. Ibi presentes de Civitate Astensi Wuala Faletus. Petrus Turrellus et Otto Cappa, de Civitate autem Vercellarum ibi erant arditio major de biandrato Bartholomeus Carosus, Ubertus Alzatus Consules Societatis Sancti Stephani. Interfuerunt etiam testes de eadem civitate Vercellarum Albertus de Mortario, Anricus Advocatus, Otto presbiter, Bergondius vice comes, Guillelmus de Mortario et multi alii.

Ego Ambrosius Ansisus notarius jussu Lantelmi notarii hanc cartam scripsi.

Ego lantelmus predictus hanc cartam scribi feci et subscripsi.

(Excerptum e libro I *Acquisitionum*, folio 246 verso et sequentibus, in vercellensis municipii tabulario asservato).

992. *Vercellenses et Astenses pactionem faciunt, ne quis civium vexetur, exceptis debitoribus et fidejussoribus.* 1194. 22 aprilis.

Anno Dominice Incarnationis millesimo centeximo nonagesimo quarto. Indicione duodecima die decimo ante Kalendas madii. Breve concordie qualiter stetit et convenit inter dominum Jacobum strictum Astensium potestatem nomine comunis et omnium hominum de Aste et ex altera parte Guidonem advocatum, Benivolium, Martinum bicherium, Guilielmum de bigaracano, bonbellum bazanum Jacobum de Guidalardis consules comunis Vercellarum nomine comunis et omnium hominum de Vercellis. In primis convenit predictus Jacobus nomine comunis et omnium hominum de aste et promisit quod de cetero non disturbabit aliquem civem Vercellensem pro aliquo contractu habito vel de cetero habituro inter aliquem civem astensem et aliquem civem Vercellensem nisi pro fisoria seu pro principali debitoria. Illud idem convenerunt et promiserunt predicti consules comunis Vercellarum nomine comunis et omnium hominum de Vercellis prefato domino Jacobo nomine comunis et omnium hominum de Aste. Item inter eos convenit quod pro aliqua fissoria seu principali debitoria non debent aliquem disturbare nisi tantum fidejussorem seu principalem debitorem nec etiam illi debent disturbari nisi creditor in civitate eorum justitiam habere non posset.

Actum in casa credentie Vercellarum.

Interfuerunt testes de Civitate Astensi, Guala Faletus Petrus, Turrellus et Otto Cappa atque Bajamundus Judex, de Civitate autem Vercellarum ibi erat Johannes de bellano.

Ego Ambrosius Ansisus notarius jussu Lantelmi notarii hanc cartam scripsi.

Ego Lantelmus predictus hanc cartam scribi feci et subscripsi.

(Exc. e libro I *Acquisitionum*, fol. 247, in verc. mun. tab. ass.).

993. *Vercellenses, Astenses et Alexandrini, salvo langobardico foedere, ineunt foedus contra marchionem Montisferrati, Casalenses, Pacilianenses et Cavagnolenses.* 1198. 15 martii.

In nomine Domini nostri ihu xpi ad honorem ipsius et beate Marie semper Virginis et Beati Petri Apostoli et Beati Eusebii et Sanctissimi Secundi Martiris christi et omnium Sanctorum et sanctarum ejus. Astenses Vercellenses et Cesarienses pactum atque Societatem et concordiam inter sese ad invicem contraxerunt ab unaquaque predictarum Civitatum observaturum et observaturam usque ad xx annos proximos et cumpletos, cujus tenor talis est.

Vercellenses autem comuniter et separatim deinceps debent adjuvare Adstenses et Cesarienses modis omnibus contra Marchiones Montisferrati et heredes eorum et contra homines Casalis, Paciliani et cavagnoli fatiendo a modo eis vivam guerram bona fide et sine fraude a domo sua infra xx dies postquam ab astensibus et Cesariensibus vel eorum certo misso eis denuntiatum fuerit.

Et de illa guerra non facere pacem pactum treguam nec guerram regreditam absque conscilio et voluntate Sapientum Credentiarum Astensium et Cesariensium per campanam congregatarum omnium vel majoris partis ita tamen quod una istarum trium Civitatum sine conscilio et consensu duarum Civitatum et Sapientum credentiarum earum per campanam cohaunatarum, et due istarum trium Civitatum sine conscilio et consensu tertie earundem Civitatum et sapientum credentie ipsius per campanam similiter posite omnium vel majoris partis hoc facere non possint. Et si contingeret quod Vercellenses cum illis Marchionibus vel hominibus Casalis, aut hominibus Cavagnoli vel hominibus Paciliani pro voluntate Astensium et Cesariensium aliquam concordiam facerent in illa concordia Vercellenses exprimere debent, salvis sociis et amicis suis hominibus de aste et hominibus de Cesarea. Ita quod debent homines de Aste, et homines de Cesarea adiuvare de omnibus guerris eorum contra predictos Marchiones et beredes eorum, et contra homines Casalis, Paciliani et Cavagnoli et contra omnia alia loca et omnes personas que astensibus et Cesariensibus guerram facerent a Civitate Astensi. et a Civitate Cesariensi usque ad Civitatem Vercellarum tam infra Padum quam citra Padum. Et ita Vercellenses Astensibus et Cesariensibus observare et attendere debent usque ad xx annos completos civibus Vercellensibus jurantibus a quindecim annis supra usque ad septuaginta et a septuaginta infra usque ad quindecim annos hanc sotietatem pactum et concordiam firmum et firmam tenere et

illud et illam attendere et observare usque ad predictum terminum et renovando illud sacramentum ab utraque parte in uno quoque decempnio nisi voluntate sive concordia parcium remanserit. Versa vice homines de Aste et homines de Cesarea eodem modo debent Vercellenses adjuvare modis omnibus contra marchiones Montisferrati et heredes eorum et contra homines Casalis paciliani et cavagnoli et contra omnia et omnes personas quibus Vercellenses guerram facerent a Civitate Aste et a Civitate Cesarie usque ad Civitatem Vercellarum tam citra padum quam infra padum fatiendo eis queque Civitas a domo sua comuniter et separatim bona fide et sine fraude vivam guerram infra xx dies postquam a Vercellensibus vel eorum misso eis denuntiatum fuerit, et de illa guerra non facere pacem pactum treguam nec guerram recredutam absque conscilio et voluntate Consulum Vercellarum et eorum credentie per campanam simul posite totius vel majoris partis in omnibus aliis autem capitulis homines de Ast et homines de Cesarea Vercellensibus ita attendere et observare debent sicut de ipsis Vercellensibus versus eos supra dictum est fatiendum. Si vero contingeret quod homines Vercellenses et homines de Aste et homines de Cesarea de omni conscilio et voluntate consulum sive potestatum illarum Civitatum et sapientum credentiarum illarum per campanam congregatarum omnium vel majoris partis cum illis marchionibus sive hominibus Casalis, paciliani aut cavagnoli vel cum aliis locis et personis in predictos fines habentibus guerreriis predictarum Civitatum ad concordiam venirent et post factam concordiam eis guerram insurgerent tunc secundum predictum modum et tenorem predicte Civitates sese ad invicem adiuvare debent modis omnibus contra eos fatiendo eis vivam guerram a domibus eorum sicut supra dictum est. et postea non debent ex illa guerra facere pacem pactum et treguam nec guerram regredutam absque conscilio et voluntate sapientum credentiarum istarum trium Civitatum omnium vel majoris partis. Eo salvo quod una istarum trium Civitatum sine conscilio et voluntate consulum vel potestatum aliarum duarum Civitatum et sapientum credentiarum earum per campanam cohadunatarum omnium vel majoris partis et due istarum trium Civitatum sine conscilio et voluntate potestatis sive consulum tertie Civitatis et sapientum credentie ipsius Civitatis per campanam cohadunate omnium vel majoris partis hoc facere non possint. Insuper iste tres Civitates non debent aliquem vel aliquos predictorum hominum sive predictorum locorum de cetero recipere pro habitatore suo neque in sotietate sua absque conscilio et voluntate sapientum credentiarum earum ut supra legitur preterea queque Civitas predictarum trium Civitatum debent ponere in brevi supra quod consules vel potestates earum (jurant) ita quod consules vel potestates Astenses scilicet Vercellenses et Cesarienses per tempora existentes predictum pactum sotietatem et concordiam firmam et illibatam tenere usque ad predictum terminum teneantur et si contigeret quod iste tres civitates de comuni conscilio et voluntate in hoc pacto in hac societate et concordia aliquid addere vel diminuere voluerint illud similiter attendere et observare debent, et ita quod de addito teneantur et de diminuto absolvantur.

Quod pactum quam concordiam et sotietatem ut superius legitur in integrum dominus Bonus Johannes Manginus et dominus Girardus de Carisio consul Vercellarum de justitia tamquam consul nomine comunis Vercellarum Salva sotietate lonbardie et salvis hominibus yporegie et novarie et Taurini promiserunt domino alberto de fontana potestati Astensi stipulanti et juraverunt supra Dei evangelia tenere firmum et firmam et illud et illam attendere et observare usque ad predictum terminum et quod fatient jurare consules Vercellarum similiter predictum pactum et sotietatem et concordiam attendere et observare ut superius legitur et quod ipsi fatient jurare omnes homines Vercellarum ut supra continetur et consules vel potestatem post illos intrantes et ipsi alios potestates vel consules post illos intrantes et sic de anno in anno usque ad predictum terminum predictum pactum sotietatem et concordiam ut superius legitur attendere et observare si Deus illos adjuvet et illa sancta Dei evangelia, bona fide et sine fraude. Et dominus albertus de fontana potestas astensis vice et nomine comunis astensis promisit predictis Girardo de Carisio Vercellensi consuli de justitia et Bono Johanni mangino stipulantibus et juravit supra Dei Evangelia salvis hominibus albe, Carii, Testone et domino w° de ceva jamdictum pactum et eandem sotietatem et concordiam ut supra legitur tempore sui regiminis attendere et observare et quod fatiet jurare omnes homines de aste bona fide et sine fraude ut supra dictum est illud idem pactum sotietatem et concordiam attendere et observare usque ad predictum terminum. Actum Aste in domo comunis, anno Domini millesimo centesimo nonagesimo octavo, Indicione prima die dominico xv° die intrantis Martii

feliciter. Interfuerunt testes dominus Ubertus de osa Consul Mediolani Dominus Anselmus de Silvano Mediolani Otto bassus astensis.

Ego Thomas Notarius palatinus interfui et jussu predicti [a]berti potestatis Astensis et domni Girardi de Carisio Consulis Vercellensis et sic scripsi.

Ego Paxius Ansisus notarius autenticum hujus exempli vidi et legi et sicut in eo continebatur sic et in isto legitur exemplo nichil addito vel dempto preter litteras vel sillabas plus minusve et ideo subscripsi.

Ego Rufinus Oriolus Notarius autentico hujus exempli viso et lecto et in hoc exemplo plus vel minus non contineri preter litteras vel sillabas et ideo subscripsi.

Ego ambrosius Ansisus Notarius hoc exemplum ex autentico exemplavi et sicut in eo continebatur sic et in hoc scripsi exemplo nichil addito vel dempto preter litteras vel sillabas plus minusve et ideo subscripsi.

(Exc. e libro I *Acquisitionum*, fol. 227 et seq., in verc. mun. tab. asser.).

994. *Casalenses quidam Astensium et Alexandrinorum legatis se obsides tradunt.* 1198. 10 septembris.

Anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo octavo Indicione prima. Die Jovis decimo intrante mense Septembris. Ubertus Canis, Jacobus de Ropolo, Asclerius grassus, Bonifatius de Abbate Magister Aicardus, Robaldus de Ermangisio Anricus de tebaldo, Johannes ribota, Airaldus oculus vace, Anricus duratus, Rotofredus, Ugolinus vulpis, Ruffinus grassus Juraverunt ad sancta Dei evangelia quod erunt obsides et stabunt pro obsidibus et ibunt pro obsidibus Ambaxatoribus alexandrie et Ast, Videlicet Tebaldo Vasono, et Rodulfo durmaso et Samuello Rubeo et Guilelmo de catena, vice et nomine comunis Ast, et Alexandrie. Ibi infrascripti Ambaxatores preceperunt et ad illum terminum quem preceperint sive in Ast sive in Alexandria et inde non recedent absque licentia et parabola potestatum ipsarum Civitatum et quod eis preceperint sive de stando ibi vel alibi bona fide observabunt, nec fraudem committent quin attendent et observent precepta eorum et terminum et terminos quos eis dederint observabunt et pro his omnibus observandis Ubertus Advocatus de paciliano et Cartandus et Asclerius de donna Berta, Guido de Ponte, Bazanus, Gualonus, Arditio pellatius, otto mussus omnes de paciliano constituerunt se principales debitores adversus infrascriptos ambaxatores et per stipulationem promiserunt et juraverunt dare ac solvere infrascriptis ambaxatoribus si ita non observaverint isti obsides ut supra legitur libras quingentas pro Uberto cane, pro Jacobo de Ropolo libras quinguaginta et libras trescentas pro asclerio grasso et libras tres centas papienses pro bonifacio de Abbate et libras tres centas pro magistro aicardo et libras trescentas pro Robaldo de ermanghiso et libras ducentas pro Johanne Ribota et libras ducentas pro anrico de Robaldo et libras ducentas pro Airaldo occulo vace et libras ducentas pro anrico dorato et libras ducentas pro ugolino de vulpi et libras ducentas pro Rufino grasso, et libras ducentas pro Rotofredo. Renuntiantes nove constitutioni qua dicitur principalem debitorem primo fore conveniendum quam secundarium, inde obligaverunt omnia sua bona et insuper renuntiando induciis quatuor mensium.

Actum in villa nova, in platea Ecclesie. Unde plures carte uno tenore scripte sunt. Interfuerunt testes Ubertus capitanius de conzadeno, Ugo gastaldus de fraxeneto, Robaldus sartor de paciliano, Ubertus de Marescoto. Lantelmus de piadarolio, Rufinus de Aicardo. Sequenti vero die Sabati XII intrante mense septembris. In platea casalis sancti evaxii. Guala binellus et Colleria, juraverunt predicta omnia observare sicut predicti obsides juraverunt observare ut supra legitur et pro ipso Guala Anricus donatus et Aicardus oculus vace constituerunt se principales debitores et pagatores et juraverunt et promiserunt per stipulationem pro ipso Guala solvere si ita non observaverit ut supra legitur libras ducentas. Renuntiando nove constitutioni et induciis IIII. mensium ut supra legitur et inde obligaverunt sua bona. Item Rolandus lupus pro ipso collera constituit se debitorem et pagatorem et per stipulationem promisit et juravit pro eo solvere si ita non observaverit ut supra legitur libras ducentas papienses renuntiando nove constitutioni et induciis IIII. mensium et inde obligavit sua bona. Interfuerunt testes Bricius pellucus et Gnocus et Johannes ribota. Ego ambrosius ansisus notarius jussu Rufini notarii hanc cartam scripsi.

Ego predictus Rufinus Notarius hanc cartam scribi feci et subscripsi.

(Exc. e libro I *Acquisitionum*, fol. 194, in verc. mun. tab. ass.).

995. *Astensium legati sacramento pollicentur, in Astensium controversia cum marchione Montisferrati, se Mediolani et Placentiae legatorum judicio acquieturos fore.* 1199. 28 martii (1).

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo nono die dominico quarto Kalendas aprilis Indicione secunda in civitate vercellarum presentibus nunciis et ambaxiatoribus mediolani et placencie nomina quorum sunt Gotticinus mainerius et Guifredotus grasellus de mediolano et Antonius de fontana et Johannes de bonamena de placencia et nomine comunis mediolani et illius placencie recipientibus Baiamonte de la plaza et Guilielmus Gardinus et Jacobus de lacurte sive de donna roahta ambaxiatores civitatis astensis vice et nomine domini petri de petrasancta astensis potestatis et comunis et credendariis eiusdem civitatis quorum nomina inferius leguntur a quibus credendariis et a potestate virtutem vice comunis de Aste hec facere habebant, Juraverunt ad sancta dei evangelia pro se et tota eorum parte atendere obedire et servare habeant omne preceptum omniaque precepta quod et que comune Mediolani et comune placencie per rectores suos vel per ambaxiatores seu alios ipsarum civitatum nuucios prefate eorum potestati et infrascriptis credendariis et comuni civitatis eorum facient de omni discordia et de omnibus discordiis seu occasione earum discordiarum quam et quas comune ipsius civitatis et eius pars habent cum marchione montis ferrati et eius parte Salvo eo quod comune mediolani nec illud placencie nec ambaxiatores earum civitatum potestati nec comuni de aste possit facere aliquod preceptum vel aliqua precepta quod vel que veniant contra sacramentum vel contra sacramenta de quo vel de quibus potestas vel comune de Aste teneatur. Insuper iuraverunt quod parabolam et virtutem faciendi prefatum sacramentum vice comunis de aste ad libitum et voluntatem predictorum ambaxiatorum mediolani et placencie prefato tenore salvo a potestate et credendariis infrascriptis habebant. Nomina quorum sunt petrus cicia, Surleo de ianua, Jacobus, Ipolitus, Anselmus de curia. otto coppa, berardus adurnus, Marchisius cavicula, Appellonius villanus, Otto rotarius, Jacobus curialis, ubertus de plate, Raimondus laiolius, albertus de porta. Jacobus thomas, Nicholaus Gardinus, magister petrus beccarius, Obertus crivellus, petrus de aracio, Arnaldus de platea, petrus de gamondio. obertus oculus bovinus, Raimondus Alferius, baialardus de berardensis, Ardicio bertramus, Girardus ginorius, Jacobus iudex, petrus de moneta, Grosolanus de castagnolis, Willelmus de beccaria, baiamondus careocius, opizo de beccariis, Obertus de vivario, Radulfus durnasus, Ubertus de cherio, saracenus de platea, Rolandus de solario, petrus turrellus, Gallus. Anselmus malabranca, vivianus de fontana. Otto albericus, Jacobus de stoarda, opizo falettus, Willelmus sicardus, Otto pipinus, Jacobus palius henricus de valeriano, Willelmus laurentius, atque Mainfredus cavazonus. Interfuerunt albertus canevarius, plenamont grassus, Ardericus magister. Albertus baldicionus, ottorinus qui stat cum guifredoto grasello, et tomaxinus de stampa omnes de civitate mediolani atque Zilius servitor de placencia testes. Ego oldericus qui dicor cuminus de mediolano notarius sacri palatii interfui et scripsi.

Ego ugo qui dicor de casteniauega iudex ac missus domini F. imperatoris autenticum huius exempli vidi et legi et sicut in eo continebatur sic in isto legitur exemplo extra litteras plus minusve.

Ego otto qui dicor de limidi iudex ac missus domini henrici imperatoris hoc exemplum ex hauttentico exemplavi et sic in eo continebatur sic in isto legitur exemplo extra litteras plus minusve.

(E regio taurinensi labulario).

996. *Bonifacius, marchio Montisferrati, quae ab Astensibus, Alexandrinis et Vercellensibus sibi debita censeat, exponit.* 1199 (2).

In nomine domini iste sunt peticiones domini bonifacii marchionis montisferrati adversus petrum potestatem astensem nomine comunis eiusdem civitatis. In primis petit quartam partem civitatis

(1) Astense municipium decreto 23 martii quod, excerptum e *Bissonum* libro, in lucem prodiit in *Mon. hist. pat.* chart. 1, col. 1056, legatis facultatem fecerat sacramento pollicendi se Mediolanensium Placentinorumque legatorum judicio obtemperaturos fore. Dies monumenti errore procul dubio afficitur, quemadmodum Molina quoque in *Notizie storiche profane della città d'Asti* vol. II pag. 111 ostendit: nam 4 kal. apr. (29 martii) dies lunae non dominicus fuit. Hoc plane singulare est in duo alia eiusdem diei monumenta, *in ripa padi non longe a ponte de stura* subscripta, eumdem errorem irrepsisse, nempe in inducias, quas, Mediolanensium Placentinorumque legatorum ope, marchio Montisferrati cum Astensibus pactus est, et in marchionis Montisferrati sociorum sacramentum. Quum facilior in die mensis quam hebdomadae error censendus sit, lectio *die dominico quinto kal. aprilis* (28 martii) probabilior videtur.

(2) Monumentum silentio praeterit annum, mensem, diem: verum induciarum 28 martii mentionem facit, et Petrum

astensis cum iurisdictione, Item petit castrum noni cum tota curte et iurisdictione, Item comitatum de serralonga, Item nantum cum universo territorio eius, Item curtem cumariam cum curte et iurisdictione, Item scrizolengum cum curte et iurisdictione, Item totam terram que dicitur sancte marie que cum pro ipso tenerent vasalli est alienata, Item castrum rochete et castrum montisalti cum suis curtibus et iurisdictione, Item castrum castegnole cum eius curte et comitatum laureti cum sua iurisdicione, Item castrum montis bersarii et malammortem cum suis curtibus et iurisdicione, Item villianum cum castro et curte et iurisdicione, Item castrum caliani quod marchio quibusdam astensibus obligavit et ei comune astense promisit si creditores non redderent illud debito soluto cogeret eos ad ipsius loci restitutionem, Et cum marchio debitum offerret ipsi recipere noluerunt, Item petit ut restitui faciat quicquid predicti creditores abstulerunt ob hominibus rainerii de grana habitantibus in paterna, Et extimat res ablatas ab eis xl libras astensium, Et petit ut de cetero a infrascriptis creditoribus non inquietentur, Item petit rocham sparaveriam quam post commissionem in mediolanensibus et placentinis et post treguam et pacem ab eis statutam abstulerunt. Item conqueritur de damno quod sibi fecerunt in caaralia et vignolo et brenecio et bruxaporcello et bovese et quaranta, Item petit homines quos habebat in corseone quos imperator sibi dederat, Item conqueritur de predicto comuni de eo quod fecerunt contra pacem et eam ruperunt que facta est iacobo stricto existente eorum potestate et de pace rupta quam fecerunt Guilielmo de pusterla existente eorum potestate et de pace rupta que facta est mediantibus thoma nuncio imperatoris et Manfredo de saluza et astensi preposito et consulibus albe.

He sunt petitiones adversus alexandrinos. In primis petit ab eis gamundium et marencum et forum et quiquid imperator habuit in alexandria, Item petit castelletum de valle urbe, et cassinum, Item petit solerium et medietatem ponzani que fuit dalfini, Item conqueritur de eo quod intraverunt in montemclarum post pacem quem locum dalfinus tenebat pro ottone de carreto qui est de parte marchionis, Item conqueritur de Gamalerio, Item de lentignano et virdobio que alexandrini fecerunt sibi dari a dominis de barberio qui tenebant ambo ea loca in feodum pro aquensi episcopo, Et de illis de barberio qui per fortiam alexandrinorum retinent blavam quorundam astensium aquensium.

He sunt petitiones contra vercellenses quod marchio conqueritur de damno quod ei fecerunt in trino et in moirano et de novo pedagio quod in salugia constituerunt et de eo quod retinent servos eius in suis terris et de damno quod fecerunt arditioni gambaruto, Item conqueritur quod destruxerunt pomium.

(E regio taurinensi tabulario).

997. *Tum Bonifacius, marchio Montisferrati, tum Novarienses, Vercellenses, Astenses eorumque foederati sua in captivos jura tradunt Mediolanensibus ac Placentinis.* 1199. 2 maii.

Anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo nono die dominice secundo die mensis Madii, Indicione secunda Dñus Bonifatius Marchio Montisferrati cessit et dedit Alberto de fontana consuli placentie et Arnaldo de bonbellis consuli Mediolani in vice et ad partem comunis placentie et mediolani omne jus et omnes actiones quod et quas habebat vel ei competebant ullomodo in captivis vel pro captivis novariensibus et vercellarum et alexandrinorum et Astensium vel aliorum qui sunt ex parte ipsarum civitatum et in eorum manulevatoribus et eos in suum locum posuit de omni vinculo sacramenti quo ipsi captivi ei tenebantur. Ita ut ipsi captivi et eorum manulevatores eodem modo teneantur et obligati sint comuni Mediolani et comuni placentie in omnibus et per omnia sicut erant obligati ipsi Marchioni. Ibique statim Drudus marzelinus potestas Vercellarum nomine comunis Vercellarum eodem modo jus et actiones dedit et per omnia fecit eisdem alberto et arnaldo de suis captivis et eorum manulevatoribus. Ibique statim Petrus de petra sancta Astensis potestas nomine comunis Astensium eodem modo jus et actiones dedit et per omnia fecit eisdem

de Petra sancta, cui 17 decembris 1199 Nicolas de Fodro jam successerat, astensem potestatem exhibet. Ceterum hoc anno apud Moriondum (*Mon. aquen.* par. I, col. 118 n. 103) videre est Bonifacii *coram rectoribus societatis Lombadiae, Marchiae et Romagnae petitiones* contra Alexandrinos, quas et nostrum monumentum compendiarie continet. A Moriondo deprehendimus Bonifacii petitiones Alexandrinorum oppositas fuisse petitionibus, quas et ipse Moriondus singillatim memorat (l. c., col. 117, n. 102).

Alberto et Arnaldo de suis captivis et eorum manulevatoribus. Ibique statim Guillelmus lautiavegia et Tebaldus quasonus et Samuel rubeus missi et legati dñi Ghislerii de audito potestatis Alexandrie ex parte comunis Alexandrie eodem modo jus et actiones dederunt et per omnia fecerunt eisdem Alberto et Arnaldo de suis captivis et eorum manulevatoribus. Actum est hoc in loco paciliano in ecclesia sancti germani unde plures cartule uno tenore scribi rogate sunt. Interfuerunt domnus otto de Garreto et Anricus frater ejus et domnus Albertus et Guillelmus qui dicuntur malespine et dñus Guillelmus de busco et Ferrarius de Valencia et comes Ubertus de colconate et anselmus de furo et fulchinus de iniquitate de placentia, et ogerius capitaneus de vareuza et Rogerius de Lampugnano et Jacobus mala corrigia de placentia, et Brexianus advocatus de Vercellis et Rogerius de Bondonis et Bonifatius de burgo de Vercellis et Jacobus de donna Roata de Asti et Mainfredus de Solerio de Asti et alii quam plures.

Ego Ugo qui dicor de castenianega judex ac missus dñi F(ederici) Imp.$^{ris}$ interfui et rogatus scripsi.

Ego Petrus Notarius filius ottoboni formaglarii autenticum hujus exempli etc.

Ego Paxius Ansisus Vercellensis Notarius autenticum hujus exempli etc.

Ego Ambrosius Ansisus notarius hoc exemplum etc.

(Exc. e libro I *Acquisitionum*, fol. 150, in verc. tab. ass.).

998. *Bonifacius, marchio Montisferrati, ejusque filius Guilielmus, Mediolani potestatis et Placentiae legatorum opera, inducias paciscuntur cum Astensibus, Vercellensibus et Alexandrinis.* 1200. 15 octobris.

In nomine Domini. Anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo die dominico quinto decimo die mensis Octubris. Indicione quarta. In palatio Comunis Mediolani presentibus Tazone de Mandello, Gotecino Mainerio, Sacco de la piscina, Guidone Burro, Rogerio Bremma et Jacobo de Oldanis consulibus Mediolani et Alberto de Scribaldo de brixia et Johanne zavatario canevario comunis Mediolani testibus.

Domnus Goizo de Gambara Mediolanensis potestas et cum eo Petrus de Villano causidicus et assesor ejus vice et nomine et ex parte Comunis mediolani et Albericus vice dominus et Gutta in testa atque Obizo manca sola Ambaxatores placentie vice et nomine et ex parte comunis placentie et Lantelmus de Modoecia Civitatis mediolani per se in concordia fuerunt statuendi terminum pereutorium de discordia que est inter domnum Bonifatium marchionem montisferrati et Guillelmum ejus filium ex una parte et ex altera comune et homines Vercellarum et comune et homines alexandrie et Comune et homines Astenses hinc ad proximam diem Veneris et precipiendi inter Marchiones ipsos et dictos Vercellenses ad ipsam diem in Civitate Vercellarum secundum quod scriptum est, licet ipsi Marchiones vel alter ipsorum fuerint absentes aut non, et precipiendi inter eosdem marchiones et Alexandrinos secundum quod in concordia tunc fuerint.

Ibique vero suprascriptis omnibus presentibus atque Arditiono Ganbaruto et Rainerio de Grana qui ibi erant pro ipsis marchionibus secundum quod ibi dicebant, et Uberto Fantino et Gisulfo axerbo et Guastavino de bergulio et Alberto de Gamondio de Alexandria pro comuni illius Civitatis et Guillelmo Alzato et Alberto Advocato et Guidone de Beutevolio et Guala de Curte et Ruffino scriba de Vercellis pro comuni illius Civitatis, jamdictus domnus Petrus de Villano causidicus et assessor dicti domni Goizonis ejus vice et pro comuni Mediolani et vice suprascriptorum Alberici et Gutte in teste atque Obizonis pro comuni Placentie et vice jam fati dñi Lantelmi ibi omnium presentium. Statuit terminum perentorium inter predictos omnes sicut supra scriptum est, et jussit omnibus ibi per sacramentum ut teneant sibi ad invicem et inter se et tenere fatiant illos pro quibus sunt vel erant firmam et inviolatam treguam hinc ad festum proximum sancti Andree.

Ego Rogerius de Gatto notarius et missus dñi Henrici imperatoris interfui et jussu atque rogatu suprascriptorum scripsi.

Ego Paxius Ansisus notarius autenticum hujus exempli etc.

Ego Petrus Notarius filius ottoboni formaglarii autenticum etc.

Ego ambrosius ansisus notarius hoc exemplum ex autentico exemplavi etc.

(Exc. e libro I *Acquisitionum*, fol. 154, in verc. mun. tab. ass.).

999. *Ubertus de donna Bencia in civium ordinem accipitur*. 1201. 12 januarii.

1201. Indictione 4, die veneris 12 Januarii, Dominus Guido de Pirovano Potestas astensis in Comuni credentia fecit donum a parte Comunis de Aste in manu Uberti de donna Bencia de Cario quatenus ipse ubertus cum suis heredibus a modo sit civis et habitator urbis astensis in perpetuum quapropter iuravit habitare cum uxore sua et liberis facere statum et habitaculum in perpetuum et dare fodrum etc, Notarius Jacobus Boviculus.

(E *Summario ex scripturis D. Emanuelis Filiberti Bentii*. Tabularium Biscaretti, fasc. 36, n. 4, pag. 4, in regio taurinensi tabulario).

1000. *Tabulae pacis Astensium cum Albensibus, quibus et veteres tabulae annorum* 1193, (1199-1200?) *subjectae sunt*. 1201. 22 maii (1).

Anno domini Millesimo Ducentesimo Primo Indictione quarta quod fuit undecimo kalendas Junii. In nomine sancte et individue trinitatis. Astensium consules videlicet Jacobus de vivario, Rolandus caçho, Guillelmus racio, Ardicio bertramus, Jacobus de stuerda, homodeus trossellus et henricus citropus, in nomine et vice totius communis Astensis, Et dominus Ingo Albensis potestas et Ricobonus eius assesor in vice et nomine tocius communis Albensis adinvicem tactis corporaliter evangeliis iuraverunt bona fide omni fraude et dolo hinc inde cesantibus attendere in integrum perpetuo et observare ea omnia que in scripto novo de nova pace tempore dictorum consulum et potestatis composito continentur Et ea omnia que in veteribus instrumentis tempore domini Jacobi stricti olim potestatis astensis compositis continentur Salvo tamen capitulo de parte aquisitorum quod capitulum sicut in novo scripto continetur ab utraque parte attendatur. Item pretitulati Astenses Consules nomine Comunis astensis et omnium eorum coadiutorum fecerunt pacem finem et refutacionem prenominatis Ingoni Albensi potestati et Ricobono eius assesori nomine comunis albensis et omnium coadiutorum suorum de omnibus Guastis, combustionibus, predis, dampnis, et iniuriis, datis vel factis ab albensibus vel hominibus eorum partis pro communi vel diviso causa vel occasione guerre de qua nunc ad pacem devenerunt in personas vel res astensium vel hominum sue partis. Hoc idem fecerunt Ingo Albensis potestas et Ricobonus nomine comunis albensis et omnium coadiutorum suorum adinvicem predictis astensium consulibus nomine comunis astensis et omnium coadiutorum suorum videlicet de omnibus guastis combustionibus, predis, dampnis et iniuriis datis vel facits ab astensibhs vel hominibus eorum partis pro comuni vel diviso causa vel occasione guerre de qua nunc ad pacem devenerunt in personas vel res Albensium vel hominum eorum partis. Item dicti Consules Astenses iuraverunt bona fide relaxare et absolvere omnes captos quos habent nomine communis Astensis et quos habent hii qui sunt ex eorum parte de hominibus Albensibus et eorum partis. Versa vice supranominati Ingo Albensis potestas et eius assesor Ricobonus iuraverunt bona fide relaxare et absolvere omnes captos quos habent nomine comunis Albensis et quos habent hii qui sunt ex eorum parte de hominibus astensibus et eorum partis. De isto capitulo hec excipiuntur quod Albenses non tenentur de captis quos habent marchiones montisferrati videlicet dominus Bonifacius et Guillelmus, Et Astenses non tenentur de captis quos habent ex hominibus dictorum marchionum. Hec omnia prescripta iuraverunt adinvicem Astenses et Albenses cives nomina quorum infrascripta reperientur quilibet pro se et quantum ad se attendere et observare et dare pro posse forciam et virtutem et consilium potestati et consulibus qui sunt et pro tempore in utraque fuerint civitate scilicet Astenses Astensium consulibus et potestatibus et Albenses Albensium potestati et potestatibus et consulibus ut hec omnia supradicta ex utraque parte perpetuo attendantur et observentur. Nomina Albensium qui ibi hec iuravere sunt hec. Anselmus honipetri, Nicholaus careucius, Petrus costaucius, Anselmus censoldus, Henricus crossus. Petrus bertramus, Otto de poblice, Laurencius Niellus, Ogerius bauduinus, Ogerius foacia, vulmannus capra, Arnaldus ferramenta, Petrus de neviglis, Raimundus falethus, Pautrerius, Mascharus de strata. Obertus salicus, Drocho palius, Anselmus de braida, Nudusmento. — Nomina vero Astensium qui ibidem iuraverunt, hec sunt, Ubertus de placia, Petrus ciza, Guillelmus gardinus, Jacobus apolius, Guillelmus

(1) Hanc pacem memorarunt Moriondus (*Mon. aq.* II. col. 640) et Adrianius (*Indice dei documenti cheraschesi*, p. 17). Tabulas pacis adhuc ineditas adfirmat Adrianius, quarum exemplar transcriptum fuisse ait in *Libro autentico d'Alba*, fol. 4.

laurencius, Ubertus palius, Vivianus de fonte, Arnaldus de placia, Jacobus de roath, Anselmus mussus, Raimundus laiolius, Olivarius malus capuccius, Petrus de moneta, Guillelmus silvaticus, Otto monacus Jacobus clericus, Rodulfus durnasius, Jacobus mignanus, Petrus turrellus, Grosolanus de castagnolis et Guillelmus cerrutus. Insuper iamdicti consules Astenses iuraverunt facere omnes Astenses a XV, amnis usqe in LXX, idem subire iusiurandum nisi verbo vel absolto dicte Albensis potestatis vel eorum certi nuncii remaneret. Hoc idem facere de Albensibus prenominati Ingo Albensis potestas et eius assesor Richobonus iuraverunt nisi verbo vel absolto dictorum Astensium Consulum vel eorum certi nuncii remaneret. Preterea sepefati Consules Astenses elegerunt Petrum beccarium et Rolandum bergogninum, Et dictus Ingo Albensis potestas elegit Tebaudum de braida et lotharium ad inquirendum tractandum et inveniendum ea que in novo scripto ad eorum offitium pertinere invenientur. Qui quatuor iuravere bona fide omni dolo fraude et hodio undique sublatis attendere inintegrum et observare sicut in novo scripto de eorum offitio continetur. Actum in pratis Govonii Feliciter. Interfuerunt ibi rogati testes videlicet Guitelmus de poblice, Bonus encontrus, Jacobus filius paltrerii, Guillelmus de Aste nuncius dicti Ingonis, Henricus preco, Guillelminus constancius, Otto de camairano, Amedeus de montevetulo, Carcaxius de palacia, Rodulfus tiçonus, Guillelmus de supponito, Jacobus beçilia. Tenor quidem scripti novi superius nominati talis est, — Ad honorem dei et Beate Marie semper virginis et beati secondi martiris et beati laurentii et ad comodum et utilitatem tocius comunis Astensis et communis albensis adinvicem iurant Astenses et Albenses attendere et observare bona fide omnique fraude remota omnia ea que continentur in instrumento inter eos composito tempore domini Jacobi stricti olim potestatis astensis de pace et concordia et Citaynatico, Et omnia ea que infrascripta sunt. Jurant Astenses iuvare Albenses contra omnes homines tamquam cives suos Et Albenses iurant similiter iuvare Astenses contra omnes homines tamquam cives suos. Item iurant Albenses iuvare et manutenere et defendere omnes cives Astenses et omnes homines de eorum posse et res eorum contra Marchiones montisferrati qui modo sunt et qui pro tempore fuerint et contra Marchiones de saluceis qui sunt vel futuri sunt et contra Mainfredum lanciam et successores suos quicumque pro tempore fuerint, Et contra Comites de blandrato qui sunt vel pro tempore sunt venturi faciendo Albenses vivam guerram omnibus supradictis personis pro communi et diviso et omnibus successoribus eorum cum Astensibus et sine Astensibus a domo propria et a domo Astensium et ubicumque potuerint et omni parte quocienscumque Astensibus Consulibus vel potestati pro tempore existentibus placuerit et quociens eis Albensibus fuerit denunciatum per consules vel potestatem vel per eorum nuncium vel nuncios nec de illa guerra facient pacem vel treguam vel possam vel guerram recreutam absque absolto Consulum vel potestatis Astensis existencium pro tempore et credencie congregate tocius vel maioris partis simul per campanam et hoc totum facient et observabunt omni occasione preterita presenti et futura remota in civitate Albensi et eorum posse et ubicumque poterunt presertim contra supradictas personas inperpetuum. Et eodem modo et eodem tenore et eodem ordine quo vel quibus albenses tenentur in omnibus supradictis Astensibus sic et Astenses tenentur et teneantur in omnibus supradictis Albensibns in perpetuum. Item tenentur Astenses solvere Albensibus creditoribus qui habent pignora in comitatu laureti et in Castagnolis Mille Centum sexaginta tres libras astensium cedendo ipsi creditores communi Astensi iura et acciones reales et personales que et quas habent adversus Mainfredum Lanciam vel alium debitorem et res ipsius comitatus et castagnolarum et dando instrumenta illorum debitorum. Tali modo quod comune de Aste ita posset agere et experiri et ab alio se tueri sicuti possent ipsi creditores solvendo eo modo et eo ordine et eo tempore quo fuerit ordinatum a quatuor sapientibus electis prestando Comuni Astensi ipsi creditores securitates quod si comune Astense aliquo tempore evinceretur quod peccunia non esset tanta de capitali quod eam pecuniam comuni Astensi restituent. Item tenentur Astenses investire feudatarios Albenses de feudis que habent in Castagnolis si facere voluerint fidelitatem communi Astensi eo salvo quod non habeant feuda in castro neque in contili alioquin feuda remaneant communi Astensi. Item tenentur Albenses facere securitatem communi Astensi vel illis qui postulant aliquod ius in barbarisco de facienda ratione sua ad diem certam talem de qua bene se teneant securi illi qui postulant ius in barbaresco, vasallis sub curia Albensi legali, Aliis qui non sunt vasalli sub amicis communibus et in communi loco et vasalli et illi qui non sunt vasalli teneantur facere rationem Albensibus si postulaverint sub eisdem amicis eodem die et eodem loco. Item iurant Albenses restituere omnes possessiones suas in integrum

illis de Manciano de Sarmatorio et de Montefalcono qui sunt parte Astensium et absolvere et liberare omnes homines illorum qui facti sunt cives albenses, tali modo quod si voluerint reverti revertantur et habeant possessiones et res suas, alioquin sint indispositione dominorum suorum ita quod albenses ullo tempore illos dominos non inquietent occasione illarum rerum Et Albenses teneant et possideant pollentium sicut modo tenent et possident, et de aquisitis de quibus habebant Albenses quartam partem ut in veteri instrumento continetur habeant medietatem faciendo expensas pro medietate infra terminos ibi constitutos. Item tenentur Astenses restituere communi Albensi possessionem quam Albenses habebant pro communi in castro sancte Victorie eo die quo Astenses acceperunt illud castrum. Et tenentur Astenses restituere Girardo mollo possessionem quam habebat in sancta victoria tali modo quod de feudo quod tenebat a Martino de revello faciat fidelitatem communi Astensi si voluerit sin autem Commune de Aste habeat sibi illud feudum solvendo eidem Girardo illud precium quod pro eo dedit domino Martino de revello. Item commune Astense restituet Nudum mentonem in possessionem quam tenebat in sancta victoria excepto turri et dommiono si predictum commune nollet solvere ei suum capitale, si autem voluerit solvere Nudusmento teneatur cedere et dare communi de Aste sua iura et actiones et instrumenta. Item commune astense tenetur solvere Ottoni rape CC. libras jannuesium ad diem et terminum quem statuent quatuor sapientes electi dando idem Otto communi Astensi iura sua et actiones pro tanto quantum sibi solvet pro tempore. Preterea Astenses consules tenentur eligere duos sapientes viros et nobiles de Civitate Astensi quos crediderint esse meliores et utiliores ad inveniendum et inquirendum et tractandum ea pro quibus Astenses et Albenses melius possint simul stare in concordia unitate et amore et societate et firmitate perpetua. Et Albenses similiter tenentur facere de duobus quos eligent eodem modo et eodem ordine qui quatuor iurabunt omnia predicta que ad eorum offitium pertinebunt complere et attendere usque ad diem certam que fuerit eis constituta a consulibus astensibus et potestate Albensi salvis omnibus supradictis capitulis Marchionum et comitum et omnibus aliis supradictis capitulis et nominatis de quibus et super quibus non valeant neque possint aliquid addere vel diminuere ullo modo vel aliqua occasione. Et hec omnia iurant Astenses consules attendere salvo sacramento quo tenentur illis de montealto sicuti in instrumento inde composito continetur, Et Albenses non possint cogi sacramento ab astensibus Consulibus de guerra Marchionum et Comitum usque ad festum sancti Laurencii proximi, Et hoc capitulum utraque pars tenebit secretum usque ad eundem festum sancti Laurentii (1). — Tenor vero veterum instrumentorum unum quorum compositum fuit ab ugone albensi notario et aliud a Jacobo boviculo astensi notario ut ipsis instrumentis continebatur talis est. In nomine domini . . . . . (2) . . . . . .
*(Omissis)* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Ego quidem de volta Bonifacius palatinus notarius his omnibus que supra dicuntur esse peracta in pratis Govoni interfui et rogatus scripsi, Et tenorem scripti novi de nova pace compositi sicut in ipso scripto vidi et legi ita superius in hac pagina scripsi nec iungi nec minui nisi forte littera vel sillaba plus minusve sit que tamen non derogat nec errogat sensui vel vocum significationi, Similiter et tenorem veterum instrumentorum ut in ipsis vidi et legi sic in presenti cartula scripsi nichil addens vel minuens nisi forte litteram vel sillabam vel punctum pro qua vel quibus nec sensus nec instrumentorum materia diminuitur vel alteratur Et nisi subscripciones notariorum quas ibi non apposui cum de eorum nominibus superius mencio fiat, Et ex his omnibus supradictis duas eiusdem tenoris cartulas hanc scilicet et aliam scribens composui.

Et ego Otto Bassus sacri palacii Notarius novum scriptum de nova pace compositum inter Astenses et Albenses tempore Ingonis Albensis potestatis vidi et legi similiter et autentica instrumenta vetera de pace et concordia inter Albenses et Astenses tempore Jacobi stricti potestatis Astensis composita vidi et legi et sicuti in illo novo scripto et in ipsis autenpticis instrumentis continebatur

(1) Foedus hoc *novum* quo anno pactum fuerit plane ignoratur, nobisque vel indicia desunt, unde aliquid certi deprehendere possimus, quamquam procul dubio est, intervallum a 1193 ad 22 maii 1201 annum non egredi. Astenses foedera quidem contra Montisferrati marchionem et Blanderatis comitem composuere annis 1197 et 1198: verum Albenses, qui an. 1198 contra Astenses Saluciarum marchioni accesserunt, consortes fuisse nobis minime videntur. Itaque parum nos a vero recessuros esse putamus, si foedus *novum* 1199 vel 1200 adscribemus.

(2) *Veteres* hic pacis et foederis 13 ac 27 junii an. 1193 initi memorantur tabulae, quas, quum in n. 957 Malabaylae Codicis jam contineantur, omisimus.

sic in presenti pagina preter subscripciones notariorum continetur nisi forte litera vel sillaba vel punctum plus minusve sit et subscripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1001. *Albenses Barbarisci rationem reddendi onere levantur.* 1201. 9 novembris (1).

Anni domini millesimo ducentesimo primo Indicione Quarta Die veneris VIIII, die intrante Novembri. Dominus Guido de pirovano potestas astensis cum Consilio credentie per campanam congregate tocius vel maioris partis ut confessus fuit, Absolvit Ricum bonum iudicem domini Ingonis Albensis potestatis, loterium atque Droccum palium ambaxatores albenses nomine comunis albe quod illud comune de Alba decetero non teneatur facere rationem de barbarisco, petro de drogla, Ottoni de desaia, dominis de aglano, filiis willelmi de barbarisco et filiis Oberti qualee, pro illo capitulo qui continetur in carta pacis Aste et Albe qui est de facto barbarisci nisi voluntate comunis Albe esset. Et Ricus bonus, Loterius et Drocus confessi fuerunt quod hanc cartam et hanc absolutionem recipiebant voluntate et Consilio credentie Albe per campanam congregate tocius vel maioris partis et inde duo instrumenta uno tenore fieri iussit. Actum est hoc Aste in domo comunis, Testes fuerunt ibi Otto rapa, Ubertus laiolius, Mainfredus de solario, Robaldus gardinus et Credendarii simul missi per campanam. Et ego Otto Bassus sacri palacii notarius interfui rogatus et duo instrumenta uno tenore composui et scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1002. *Alexandrini atque Astenses controversiam de Aquosana arbitris committunt.* 1203. 21 februarii.

Anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo tertio. Indictione sexta die veneris nono challendas martii ad ospitale de spatis, Consules Alexandrie concordes fuerunt cum consulibus de Aste ut quatuor sapientes eligantur duo de qualibet civitate unus consul alius non consul qui cognoscant et determinent infra certum terminum de omnibus questionibus que sunt inter comune Alexandrie et Aste et promiserunt inter se vicissim attendere et interim rustici de Aquexana non debeant offendere dominos et domini non debeant offendere rusticos et omnia interim remaneant in eo statu in quo modo sunt salvo eo quod homines de viginti revertantur in domos suas tenendo et possidendo omnia eorum bona sicut antea tenebant et possidebant et ita libere hec omnia iurant attendere Henricus soldanus, Raimundus carrozius, Petrus beccarius, Vivianus de fontana consules de Aste. Item Robaldus gardinus, Ubertus de platea, Ardicio bertramus, Albertus de porta, Ubertus de bencia cives de Aste, Et item dominus Nicolaus de foro. Balduinus de turri, Petrus Ruffinus de Bellono, Anselmus de Samuello Consules Alexandrie. Et item Benzius levaloculus, Anselmus marinarius, Gebalduus Begaxolus, Petrus Lodula Alexandrie cives et facere et complere usque ad octavam Pasche prius venientis bona fide et sine fraude remoto amore, timore et suo speciali comodo nisi absolto consulum utriusque civitatis remanserit dato eis cum consilio credencie utriusque civitatis simul per campanam congregate totius vel maioris partis et terminum datum consequi et attendere et si per se se concordare non poterunt eorum consilio concordabunt quos meliores et utiliores esse crediderint pro utraque civitate et si quid additum vel diminutum vel iniunctum eis fuerit a consulibus utriusque civitatis cum consilio eorum credencie simul per campanam congregate totius vel maioris partis, eodem modo teneantur ut supra et ibidem infrascripti consules de Aste et infrascripti milites qui cum eis erant, elegerunt Henricum Soldanum et Ubertum laiolum pro comuni de Aste et infrascripti consules Alexandrie elegerunt dominum Nicolaum de foro et guastavinum de Roboreto pro comuni Alexandrie ad predictas questiones terminandas, et finiendas ut supra.

Infrascripti consules de Aste et milites qui cum eis erant, et consules Alexandrie et milites qui cum eis erant hanc cartam fieri rogaverunt ut supra.

Interfuerunt testes rogati Obertus de Viarixio, Albertus balbus, Guarcinus.

Ego Petrus qui dicor Ferrarius notarius sacri pallatii auctenticum huius instrumenti vidi et legi et ut in illo inveni in hoc ita scripsi nihil addens vel mutans preter punctum sillabam, vel litteram.

(1) Hoc monumentum ineditum dixit Adrianius in *Indice dei documenti cheraschesi* p. 18 et in *Libro autentico d'Alba*, fol. 117 contineri.

Ego Otto notarius sacri palatii auctenticum huius instrumenti vidi et legi et subscripsi.

Ego Vermus notarius sacri palatii auctenticum huius instrumenti vidi et legi et subscripsi.

(E *Libro della Croce* municipii alexandrini, f. 26, excerptum).

1003. *Arbitri quibus Alexandrini et Astenses de Aquosana et Vinchio controversias mandaverant, judicium ferre recusant.* 1203. 5 maii.

Anno dominice Incarnationis Millesimo ducentesimo tertio Indictione sexta die lune quinto intrantis madii. In ecclesia sancte marie de maxio, Dominus anricus soldanus pro se et pro domino Uberto Laorio presente Petro beccario fuit confessus quod fuerat in concordia cum domino Nicolao de foro et Guastavino die dominico quarto exeuntis aprilis quod dominus Nicolaus de foro et Guastavinus debebant sibi mittere die martis preterita secundo exeuntis aprilis questiones pro facto aquesane super quas debebant capere consilium et quod ipse dominus anricus soldanus et Ubertus Laorus similiter debebant mittere domino Nicolao (de foro) et guastavino pro facto aquexane in proximis preteritis chalendis madii super quas debebant capere consilium et ibidem infrascripti dominus Nicolaus et Guastavinus admonuerunt infrascriptum dominum Anricum pro se et Uberto Laorio vice versa cum eis ad capiendum consilium sicut fuerant in concordia cum eis dicentes se preparatos esse ire et dominus Anricus respondit quod nolebat ire pro questionibus quas sibi miserant.

Interfuere testes presbiter rufinus, presbiter iohannes, ambo canonici infrascripte ecclesie, Guido de sergotefre subscripsit cum signo tabellionatus.

Ego petrus qui dicor Ferrarius notarius sacri palatii auctenticum huius instrumenti vidi et legi et ut in illo reperii in hoc ita scripsi nihil addens vel mutans preter punctum, sillabam, vel litteram,

Ego Otto notarius sacri palatii huius instrumenti auctenticum vidi et legi et subscripsi.

Ego vermus notarius sacri palatii auctenticum huius instrumenti vidi et legi et subscripsi.

(E *Libro della Croce* municipii alexandrini. f. 25, excerptum).

1004. *Pax et foedus Placentinorum cum Papiensibus, tum proprio, tum Langobardiae amicorum nomine, initum, qui foederi accedere velint, ac praecipue Astensium.* 1217. 10 maii.

In nomine Regis pacifici domini nostri ihesu christi Amen. Millesimo ducentesimo decimo septimo. Indicione quinta die mercurii decimo mensis Madii. In archiepiscopatu Mediolani ad locum ubi campus mortuus dicitur. In presentia et testificant (sic) dñi Fulconis episcopi papiensis fratris Opizonis mancesole monaci domus deponte prepositi hugonis ecclesie omnia sancti de fossato alto de episcopatu laudensi, dñi henrici torti canonici majoris ecclesie de papia, presbiteri Girardi de cenevredo capellani infrascripti episcopi, prioris beate marie de campo mortuo, Georgii de ponte carate militis dñi lanfranci de ponte carate potestatis placentie, Ottobelli de ferramosca de quinzano siniscalchi dicte potestatis, Dñus Lanfrancus de ponte carate placentie potestas nomine et vice comunis placentie et dñus Guillelmus leccacorvus consul iustitie de placentia et Jacobus de porta consul negotiatorum placentie et Jacobus de mala corrigia, Albericus vice dominus et petrus vice comes et albericus de andito ambaxatores comunis placentie pro se et nomine ipsius comunis fecerunt pacem et concordiam domino bergognono de cellanova et domino Guidotto de Vegevelo consulibus comunis papie nomine ipsius comunis et Guidotto butigelle et Rainerio de curte, et de tesalvo capello, Bernardo ysembardo, Curso de campisio, Rainerio de Sicheriis Ambaxatoribus comunis Papie eorum nomine recipientibus et omnibus eorum amicis de lonbardia qui ad hanc pacem et concordiam venerint et specialiter astensibus, Marchioni Montisferrati et hominibus de loco Casalis, Bellengerii dominis et hominibus de bagnaria si ad hanc pacem et concordiam venerint atque ceteris eorum amicis de Lonbardia qui ad hanc pacem et concordiam venerint etc. et teneantur eos recipere si venire voluerint preter cremonenses et fecerunt eis finem et pactum de non petendo et de omnibus dampnis et injuriis ac maleficiis datis et illatis ab ipsis papiensibus sive ab universitate sive a speciali persona una seu pluribus mediolani et placentie, et omnibus de eorum parte videlicet universitati vel speciali persone uni seu pluribus qui ad hanc pacem et concordiam venerint et similem finem et simile pactum fecerint dominus Bergognonus de cella nova, et dominus Guidottus de vevruolo (sic) consules comunis papie nomine et vice ipsius comunis et Guido de Butigella et Rainerius de curte et de cesalvus capellus, et Bernardus ysembardus, cursus

de campisio, Rainerius de sicheriis ambaxatores comunis Papie pro se et nomine ipsius comunis fecerunt pacem et concordiam domino Lanfranco de ponte carate placentie potestati nomine comunis placentie et vice ac nomine comunis mediolani et Vercellensium et Novariensium et Alexandrinorum et Terdonensium et ambaxatoribus placentie infrascriptis et omnibus eorum amicis de lonbardia qui ad hanc pacem et concordiam venerint et specialiter marchionibus malespine, Alexandrinis, Terdonensibus. Vercellensibus, Novariensibus, Cumanis, Laudensibus si ad hanc pacem et concordiam venerint et ceteris eorum amicis de lonbardia qui ad hanc pacem et concordiam venerint etc. et eos teneantur recipere si venire voluerint et fecerint eis nomine comunis placentie et vice et nomine comunis Mediolani finem et pactum de non petendo de omnibus dampnis et injuriis atque malefitiis datis et illatis ab ipsis mediolanensibus vel placentinis sive ab universitate sive a speciali persona una seu pluribus ipsis Papiensibus et omnibus de eorum parte videlicet universitati vel speciali persone uni vel pluribus qui ad hanc pacem et concordiam venerint et similem finem et simile pactum fecerint. Item convenerunt predicti consules papienses pro se et vice ac nomine Communis Papie et ambaxatores ut consiliarii quod ipsi et Papienses custodient et salvabunt atque defendent omnes homines de mediolano et terre mediolani et omnes homines de placentia et terre placentie atque omnes alios eorum amicos qui ad hanc pacem et concordiam venerint in rebus et personis in tota sua terra et aqua et per totam suam terram et aquam et in toto suo districtu, nec permittent aliquem vel aliquos ipsos offendere. Item potestas Placentie nomine comunis placentie et ambaxatores ut consiliarii convenerunt quod ipsi et placentini custodient et salvabunt atque defendent omnes homines de papia et terre papie atque omnes eorum amicos de lonbardia qui ad hanc pacem et concordiam venerint in rebus et personis in tota sua terra et aqua et per totam suam terram et aquam et in toto suo districtu nec permittent aliquos vel aliquem ipsos offendere et quod bona fide et sine fraude simile sacramentum fatient Mediolanenses. Item convenerunt infrascripti potestas nomine comunis placentie et ambaxatores ut consiliarii quod si Mediolanenses offenderint papienses, placentini teneantur requirere Mediolanenses usque ad VIII dies postquam a Papiensibus fuerint requisiti et bona fide et sine fraude cognoscent et inquirent dampnum datum ipsis Papiensibus et arbitrabuntur infra XL dies sine forma judicii et si Mediolanenses non condempnaverint usque ad XV dies postquam fuerint arbitrati ipsi placentini adjuvabunt papienses per comune bona fide et sine fraude cum tota sua fortia contra mediolanenses et alie civitates et homines et loca que ad infrascriptam pacem et concordiam venerint tenebuntur juramento non juvare mediolanenses et non offendere papienses pro mediolanensibus si offenderint papienses et non emendaverint ut predictum est. Item convenerunt quod si Papienses offenderint Mediolanenses vel eorum amicos qui ad hanc pacem et concordiam venerint placentini teneantur requirere papienses usque ad VIII dies postquam a Mediolanensibus vel eorum amicis requisiti fuerint et bona fide et sine fraude cognoscent et inquirent dampnum datum ipsis Mediolanensibus vel eorum amicis et arbitrabuntur infra XL dies sine forma judicii et si Papienses non emendaverint usque ad XV dies postquam fuerint arbitrati ipsi Placentini et Mediolanenses et omnes eorum amici qui ad hanc pacem et concordiam venerint teneantur juramento adjuvare eum qui dampnum passus fuerit vel injuriam per comune bona fide et sine fraude cum tota sua fortia contra papienses amici ipsorum Papiensium teneantur non adjuvare Papienses et non offendere Mediolanenses vel Placentinos nec aliquem de eorum parte pro papiensibus et si offenderint Mediolanenses vel Placentinos seu aliquem de eorum parte et non emendaverint ut supra dictum est. Non intelligatur pax fracta si dampnum emendatum fuerit usque ad infrascriptum terminum. Item teneantur Mediolanenses et Placentini juramento non adjuvare aliquem aliarum Civitatum contra Papienses si offenderint Papienses et non emendaverint ut dictum est. Item teneantur Papienses juramento non adjuvare aliquem eorum amicum contra mediolanenses vel placentinos seu aliquem de eorum parte si offenderint mediolanenses vel placentinos seu aliquem de eorum parte et non emendaverint ut supra dictum est. Item convenerunt infrascripti consules Papie nomine comunis Papie et ambaxatores ut consciliarii quod Papienses adjuvabunt Mediolanenses et Placentinos contra Cremonenses de presenti guerra a centum militibus supra usque ad mille et a ducentum peditibus supra usque ad duo milia quam habent cum Cremonensibus secundum quod potestas placentie dixerit. Item attendent et observabunt totum quod ipsa potestas dixerit et ordinaverit de discordiis locorum pontium et aquarum quas ipsi papienses habent cum mediolanensibus. Item adtendent et observabunt de discordiis quas ipsi Papienses habent cum terdonensibus et alexandrinis et

omnes tam mediolanenses et Placentini et Vercellenses et Novarienses, Alexandrini et Terdonenses quam Papienses jurabunt a XVI annis supra et a LXX infra observare pacem infrascriptam et omnes rectores civitatum que venerint ad istam pacem teneantur juramento renovare et facere renovari sacramenta pacis supradicte in quolibet quinquenio et facere apponi in brevi civitatis super quo rectores civitatum jurabunt ista attendere salvis tamen omnibus amicis infrascriptis ipsorum mediolanensium et placentie et Papie, exceptis Terdonensibus et sacramentis eorum quibus sacramento teneantur. Ita quod aliquis illorum non possit venire contra predicta hoc verbo ita quod aliquis et est sic de plano intellecto quod sacramenta et sotietates quibus mediolanenses et Placentini tenentur sacramento et sine sacramento sint firma nec contra illa nullo modo venire debeant nec possint, postquam amici eorum ad hanc pacem venerint et offenderint sicut supra dictum est, mediolanenses et Placentini non debeant eos adjuvare si offenderint et non emendaverint ut supra dictum est. Item salva fidelitate domini Ottonis imperatoris. Item convenit potestas placentie quod bona fide et sine frande fatiet quod mediolanenses similem pacem et concordiam et finem et pactum fatient papiensibus et quod observabunt precepta que eis fecerit de discordiis locorum pontium et aquarum quam mediolanenses habent cum papiensibus et omnia infrascripta ambe partes ut de se loquitur juraverunt ad sancta Dei evangelia firma habere et tenere et in totum attendere et observare, Et quicquid additum vel diminutum vel mutatum fuerit de voluntate partium de addito teneatur, et de diminuto non.

Ego Petrus Blancus imperialis notarius hanc cartam a bernardo de laurentio notario breviatam ejus jussu scripsi.

Ego Paxius Ansisus Notarius autenticum hujus exempli etc.

Ego Rufinus Oriolus notarius autentico etc.

Ego ambrosius ansisus notarius hoc exemplum ex autentico etc.

(Exc. e libro I *Acquisitionum*, f. 33, in verc. tab. ass.).

1005. *Guidus Landrianensis, Astae potestas, municipii nomine in dominium accipit quidquid municipium ab episcopo tenet, et episcopo fidelitatis juramentum praestat.* 1221. 10 junii (1).

Anno Dominice incarnationis Millesimo ducentesimo vicesimo primo, Indicione nona die iovis decimo die mensis Junii. In publica contione Comunis astensis congregata more solito in Ecclesia beate marie Astensis, facta fidelitate per ordinationem domini Jacobi dei gracia Taurinensis Episcopi imperialis aule vicarii a domino Guidone de Landriano Astensi potestate domino Jacobo dei gratia Astensi Episcopo et eius catolicis successoribus et ipsi Ecclesie astensi secundum quod continetur in capitulo fidelitatis quod scriptum est in carta concordie facte inter Ecclesiam et Episcopum Astensem ex una parte et Comune Astense ex altera, que carta scripta est per manum Willelmi de bellino Vercellensis imperialis curie notarii in quo eciam sacramento fidelitatis ipse potestas iuravit similiter per ipsius domini episcopi Taurinensis ordinationem bona fide et sine fraude concordiam illam attendere et observare in omnibus et per omnia et bona fide et sine fraude attendi et observari facere prout in predicta carta illius concordie facta per omnia continetur ipsi potestati consenciente populo ipsius Civitatis, dictus dominus Jacobus Astensis episcopus a parte et nomine Astensis Ecclesie per ipsius domini episcopi Taurinensis et vicarii ordinationem ipsi domino Astensi episcopo consencientibus domino briano Archidiacono, domino Rebuffo Archipresbitero, domino Guillelmo de brayda preposito, magistro henrico de viarixio, domino Egidio, magistro Gribaldo, domino petro de filizano, Alberto gribaldo. domino Uberto condam Alberti, archipresbitero domino Uberto de catena canonicis astensibus ibi presentibus, Investivit per rectum et gentile feudum dictum dominum Guidonem de landriano astensem potestatem vice et nomine comunis et universitatis illius civitatis astensis de recto feudo illius comunis videlicet de omni eo quod reperiretur illud comune astense consuevisse tenere in feudum per predictam ecclesiam astensem. Item in eadem investitura dictus dominus astensis episcopus a parte et nomine predicte Astensis Ecclesie consensu eciam et voluntate predictorum canonicorum investivit predictam potestatem Astensem vice et nomine comunis illius civitatis astensis per rectum et gentile feudum nominative de omni eo et quanto cumque ipse Episcopus et Ecclesia Astensis

(1) Hoc monumentum memorat Molina in *Storia della città d'Asti* vol. II pag. 159.

habet in maxio et pertinenciis eiusdem, Exceptatis Ecclesiis et albergaria ad quam eciam albergariam debet ire potestas Astensis cum episcopo si voluerit tamquam vassallus. Item et de omni eo quod ipsa Ecclesia habet in Alzano exceptis Ecclesiis. Item de omni eo et quantocunque ipsa Ecclesia Astensis habet in insula exceptis Ecclesiis et fidelitate Abbatis apostolorum quam ei facit. Item et de omni eo et quantocumque ipsa Ecclesia astensis habet in comitatu serrelonge vel videtur habere, Et in pertinenciis eiusdem exceptatis Ecclesiis, Eo videlicet tenore ut amodo in antea illud comune Astense habeat et teneat predicta omnia in feudum data ut supra et faciat exinde nomine recti et gentilis feudi quicquid voluerit absque contradictione illius Ecclesie sive predicti Episcopi Astensis seu successorum eius unde plures carte inde uno tenore scripte sunt, ad hoc interfuerunt testes dominus Otto abbas Apostolorum, dominus Guido de friogo eius prior, magister Jacobus pellacia archipresbiter de Baennis, dominus petrus rebeccus canonicus Ecclesie sancti secundi, magister henricus canonicus Ecclesie Aniani de castello, dominus petrus hospitalis sancti Johannis, dominus petrus prepositus Sancti dalmacii de taurino, Anricus beccutus taurinensis, Gavarrus et Willelmus de mezeto, Jacobus de marenzana, Guillelmus de montafia, petrus de marenzana, dominus Jacobus de populo iudex potestatis astensis et alii plures.

Ego Guillelmus de bellino vercellensis imperialis Curie notarius predictis omnibus interfui et de mandato ipsius Taurinensis domini Episcopi hanc cartam scripsi.

(Excerptum e *Libro viridi* astensis Ecclesiae fol. 79).

1006. *Astensis municipii concilium pacem, cum episcopo compositam, ratam facit.* 1221. 10 junii (1).

Anno Dominice incarnationis Millesimo ducentesimo vicesimo primo, Indicione nona die iovis decimo die mensis Junii. Congregata credencia Astensis in Ecclesia sancti Johannis de Aste ante presenciam domini Jacobi dei gracia taurinensis episcopi et imperialis curie vicarii. Infrascripti credendarii de Aste qui in illa erant credencia per ipsius domini vicarii ordinationem iuraverunt ad sancta dei evangelia dare forciam et virtutem ut fidelitas quam fecit dominus Guido de landriano Astensis potestas vice et nomine comunis astensis et quam a modo in antea potestates et rectores comunis astensis pro ipso comuni astensi Ecclesie astensi et domino Jacobo astensi episcopo et suis catholicis successoribus facere debent et ut concordia facta inter ipsum episcopum Astensem nomine Astensis Ecclesie et Ecclesiam astensem ex una parte et comune de Aste ex altera prout in instrumentis a Willelmo de bellino notario inde factis continetur in omnibus et per omnia imperpetuum observetur et ex eorum parte bona fide observabunt pro eorum posse. Nomina autem Credendariorum qui ut supra iuraverunt sunt hec. Jacobus roatus, Manfredus cavazonus, Robaldus gardinus, Germanus trossellus. Opiço, albericus, Johannes assinarius. Jacobus de mandra, Guillelmus cerutus, Obertus gardinus. Rolandus rex, Boninus, willelmus alferius, Berardus turrellus, Guillelminus bertramus, Bonifacius crivellus, Jacobus advocatus. Obertus faletus, Jacobus de donata, Thoma notarius, Jacobus de sibona, Ardicio scarampus, Ubertus arnaldus, Jacobus forbiorius, Bonatus pelleta, Rolandus caço, Ansermus mussus, petrus de moneta, petrus laurencius, Jacobus de platea, petrus de arazo, Jacobus clericus, Rolandus cacayranus, Oddo de quaranta, bozo, Gardinus, Baalardus pilatus, Oddo niger, bonus, nicholaus peria Willelmus zoclarius, Guillelminus de castagnolis, Ruffinus de rippa, Willelmus rotarius, Obertus de Ast, Giraldus iosbertus, Bayamundus lasagna, Oliverius malcapucius, Raymundus regrotiatus, Baldesonus de curia. Gandulfus monachus, Ruffinus de monte magno, Jacobus de gualfenera, Ubertus monachus, Jacobus de iaffa, Botinus de cario, Ardicio de quarto, magister petrus beccarius, Silibonus de porta, Manfredus bertramus ubertus palius, Anselmus de curia, Scarampus scaramporum, Obertus sinistrarius, Rodulfus layolus, Raynerius machalufus, Rolandus velictus, philippus de troya, Johanes barexianus, unde plures carte uno tenore inde scripte sunt, Ad hoc interfuerunt testes dominus petrus prepositus Sancti dalmacii henricus beccutus et magister marinus.

Ego dictus Guillelmus de bellino notarius interfui et hanc cartam scripsi.

(Exc. e *Libro viridi* astensis Ecclesiae fol. 79).

(1) Monumentum hoc memorat idem Molina, op. cit. vol. cit. pag. 160. Huius concordiae tabulae habentur in Codice ad. n. 286.

1007. *Querela contra Albenses ob violatas imperatoris inducias.* 1222. 16 junii (1).

In christi nomine. Die iovis decimoquinto exeunte mense iunii, in alba super voltas sancti laurencii presentibus Willelmo de plobice et Willelmo de rivalta et domino azone de augusta iudice potestatis et rectorum. Ibique in conscilio comunis albe per campanam congregato dominus Robaudus gardinus ambaxator comunis astensis in ambaxata et pro ambaxata illius comunis coram advocato eius socio in illa ambaxaria et eo consenciente dixit et denunciavit domino guidotto de porziano albensi potestati et ipsi conscilio albe quod treugua erat inter comune astense et comune albense pro domino inperatore et quod placebat comuni de Ast tenere treuguam illam, qui dominus Guidottus potestas pro comuni albe incontinenti talem eis dedit responsionem quia bene ipse et comune albe observaverat treuguam illam et comuni albensi bene placebat tenere treuguam illam domini inperatoris contra comune astense quamvis comune astense nuper incursum esset contra treuguam illam quia cum venisset ad trecium qui intraverunt in vasto traysii iurisdicionis et districtus albe et devastaverunt vineas multas et arbores et eciam in villa trecii quamplures domos que erant comunis et supra comune Albe conbusserunt. Actum est hoc anno domini M° CCXXII. Indicione decima. Ego Bonavolia de pallacio brixiensis sacri pallacii notarius interfui et rogatus hanc cartam scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1008. *Quum Astensium legati Albenses vetuissent Barbariscum castrum novis operibus munire, Albensium potestas se paratum affirmat ea, fidejussoribus datis, diruere si ex jure id compertum fuerit, ac nonnulli municipii consiliarii fidejussores se offerunt: verum Astensium legati pactum propositum recusant.* 1222. 23 julii (2).

In christi nomine. Die sabati VIII, exeunte mense iulii. In alba supra voltas sancti laurencii. In conscilio comunis eius civitatis more solito per campanam congregato presentibus tebaldo de zoccho et Willelmo de rachonixio et burgo cerato et trincherio et zoanetto saltariis illius comunis testibus rogatis. Cum Willelmus bertramus et dominus Mayfredus Robuynus ambaxatores comunis de Ast denunciassent nomine comunis astensis ex parte domini imperatoris et ex parte illius comunis de Ast et contradixissent domino guidoni de porziano potestati Albe et universo conscilio nomine comunis albe ne ipsi deberent procedere de laborerio castri barbarissii et per novam operam, dixit eis dictus dominus Guidottus potestas et taliter respondit quod erat paratus et facere voluit eis securitates idoneas destruendi laborem illum si cognitum fuerit racionabiliter etiam aliquo tempore quod debeant destruere cum ratione, unde ibi surrexerunt ottobonus de zoccho et garellus et mayfredus carenzius et Jordanus oculus crave et Rolandus de morozio et rethulfus costancius et anselmus de donna zaccharia cives et consiliatores illius civitatis albe qui parati fuerunt omnes pro comune illius civitatis esse securitates et fideiussores secundum iuris ordinem, unde ipsi ambaxatores astenses illas securitates recipere nolueruut. Actum est hoc anno domini M° CC,XXII, Indictione decima.

Ego Bonavolia de pallacio Brixiensis sacri pallacii notarius interfui et rogatus hanc cartam scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1009. *Astenses quattuor cives deligunt qui cum Albensibus foedus componant.* 1223. 25 aprilis (3).

Anno domini Millesimo Ducentesimo vigesimotercio Indicione undecima Die martis VII, kalendas madii. Quia in scripto pacis et concordie astensium et albensium continebatur quod coniunctio et unio utriusque civitatis fieri debebat secundum quod foret ordinatum et dispositum per quatuor

(1) Huius monumenti mentionem facit Adrianius in *Documenti cheraschesi* pag. 24 n. 76: at monumento diem erratum 15 junii tribuit.

(2) Dies 8 *exeuntis julii* cum 24 julii collimat: verum anno 1222 hic dies dominicus fuit non sabbati quemadmodum documentum fert: quare, hebdomadae diem quum errore carere posuerimus, 23 julii substituendum curavimus. Adrianius, l. c. pag. 25 n. 77, monumento diem erratum 8 julii tribuit.

(3) Hoc monumentum memoravit et adhuc ineditum ait Adrianius in *Indice dei documenti cheraschesi* pag. 25 n. 79.

homines civitatis de Aste et per quatuor homines civitatis de Alba [1]. Idcirco dominus Girardus manneria potestas astensis voluntate et conscilio omnium credendariorum astensium per campanam congregatorum et ore ad os interrogatorum et scriptorum dedit plenam bayliam potestatem et licenciam Petro laurencio Ardicioni de quarto Bertramo berardo et Petro durnaso, faciendi dictam coniunctionem et unitatem dictarum Civitatum secundum quod eis videbitur expedire utrique Civitati promittendo predictis quod quicquid inter predictas Civitates ordinaverint et disposuerint ex causa predicte coniunctionis et unitatis ratum et firmum habebit ex parte comunis astensis et nullo tempore contraveniet per se nec per successores suos. Actum Aste in ecclesia sancti stefani, Testes dominus Marchisus strusus miles potestatis henricus mazochus clavarius comunis et Willelmus trossellus notarius.

Ego mussus Boviculus notarius palatinus interfui et iussu ipsius potestatis scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1010. *De foedere, de civitatis communicatione, de concordia et amicitia Astenses et Albenses conveniunt cum Alexandrinis.* 1223. 28 septembris [2]. *Alexandriae legatus civium Astensium sacramentum praebet.* 1223. 30 octobris [3].

Anno domini millesimo ducentesimo vigesimotercio Indicione undecima die jovis III kalendas octobris, Presentia infrascriptorum testium. In nomine sancte et individue Trinitatis ad honorem beatisime marie et beatorum appostolorum petri et pauli et beati secundi et sancti Laurentii et omnium sanctorum. Forma concordie unitatis et amicicie renovande inter comune astense et comune Albense ex una parte et Comune Alexandrie ex altera talis est. Comune Astense et eiusdem civitatis cives et habitatores, Item Comune Albense et ejusdem civitatis cives et habitatores ex una parte constituunt et faciunt se se Cives et habitatores civitatis Alexandrie, Item Comune Alexandrie et eiusdem civitatis cives et habitatores constituunt et faciunt se se cives et habitatores Civitatis Astensis et civitatis albensis, habito super his Citaynaticis asumpmendis et eligendis et premisso mutuo consensu et voluntate concordi potestatum et consciliatorum predictarum civitatum videlicet Ast, Albe et Alexandrie, Et propter ea potestas astensis vice et nomine Comunis astensis de voluntate et (consensu) conscilii totius per canpanam congregati. Item potestas albe vice et nomine comunis albensis de voluntate et consensu tocius conscilii per canpanam congregati promitent salvare, gubernare, custodire, defendere et manutenere Cives et habitatores Alexandrie sicut proprios cives et Civitatem alexandrie sicut propriam Civitatem in personis et rebus; Versa vice potestas alexandrie de voluntate et consensu tocius conscilii per campanam congregati vice et nomine comunis alexandrie promitet salvare, gubernare, custodire, defendere et manutenere Cives et habitatores Civitatis astensis et cives et habitatores Civitatis Albensis sicut proprios Cives et Civitatem astensem sicut propriam civitatem alexandrie et Civitatem albe sicut propriam Civitatem alexandrie in personis et rebus. Item qui erit potestas consul sive rector Alexandrie sit potestas, consul sive rector Civitatis astensis et Civitatis Albensis, Versa vice qui erit potestas consul sive rector Ast et Albe sit potestas consul sive rector Ast, Albe et Alexandrie, Ita tamen quod quilibet potestas consul sive rector teneatur illam civitatem regere solum modo et expensis illius civitatis a qua fuerit electus, Eo salvo quod si oportuerit potestas alexandrie ire ast vel albam pro aliqua discordia, quod deus advertat, teneatur et forciam habeat dandi conscilium et auxilium potestati vel rectori astensi vel albensi ad illam discordiam ad concordiam reducendam ad voluntatem potestatis astensis et albensis et si non esset ibi potestas consul vel rector. Tunc potestas consul sive rector Alexandrie teneatur regere Civitatem Ast et Civitatem Albe secundum capitula Civitatis Astensis et secundum Capitula Civitatis Albensis quamdiu Civitas ast et Civitas albe fuerint ad regimen ordinate, et homines Civitatis astensis. Item et homines Civitatis albensis tunc teneantur obedire potestati consuli sive rectori Alexandrie et eius precepta in omnibus observare, Versa vice quod si oportuerit potestas Ast et Albe ire alexandriam pro aliqua discordia quod deus advertat teneatur et forciam habeat

(1) In pacis 29 martii 1223 conventis statutum fuerat quattuor utriusque municipii civibus mandare, qui arctissimam concordiam componerent.

(2) Dies 28 septembris anno 1223 jovis utique fuit, ut monumentum vult: quare *III kalendas* pro *IIII kalendas* perperam scriptum fuisse in monumento existimavimus.

(3) De hoc monumento Moriondus in *Mon. aqu.* II col. 651 et Adrianius in *Doc. cherasch.* pag. 25 n. 80 loquuntur; in n. 984 Codicis Malabaylae, quamvis dies desideretur, ejusdem mentionem invenimus.

dandi conscilium et auxilium potestati vel rectori alexandrie ad illam discordiam ad concordiam reducendam ad voluntatem potestatis alexandrie et si non esset ibi potestas consul vel rector tunc potestas consul sive rector ast et albe teneantur regere Civitatem alexandrie secundum capitula Civitatis alexandrie quamdiu Civitas alexandrie fuerit ad regimen ordinata et homines Civitatis alexandrie tunc teneantur obedire potestati consuli sive rectori astensi et albensi et eius precepta in omnibus observare, et quod dictum est de Citaynatico ita intelligatur quod quelibet Civitas faciat suas expensas per se et de suo ad suum libitum. Item Comune ast et albe teneantur custodire, salvare, gubernare, defendere et manutenere omnes homines qui sunt vel erunt de iurisdictione et posse comunis alexandrie, Versa vice comune alexandrie teneatur custodire, salvare, gubernare, defendere et manutenere omnes homines qui sunt vel erunt de iurisdictione et posse comunis astensis et de iurisdictione et posse comunis albensis, Item promitent dicti potestates Ast et Albe vice et nomine comunis Ast et Albe quod ement et facient equos et arma bona fide secundum quod ab eis fuerit pro comuni alexandrie postulatum et quod facient guerram a domo sua et a domo alexandrie cum omni sua forcia faciendo exercitus et cabalcatas ad voluntatem rectorum alexandrie qui pro tempore fuerint et alio modo sicut melius fieri potest guerra, illi homini et hominibus persone et personis Civitati et Civitatibus, loco et locis, Castro et Castris, universitati et universitatibus, cui vel quibus Comune alexandrie faciet et fecerit et cum quo vel quibus guerram vel discordiam aliquo modo habuerit ubicumque cum a rectore vel rectoribus Comunis alexandrie eius vel eorum nuncio vel nunciis requisiti fuerint rector vel rectores Comunis ast et Comunis albe donec guerra illa vel discordia duraverit nec propter aliquod dictum vel factum quod posset dici fieri vel excogitari ab aliqua persona aliquo modo vel aliqua occassione seu excussatione pretermitent quin predicta omnia adimpleant et observent et attendant secundum preceptum et precepta rectoris vel rectorum Alexandrie qui pro tempore fuerint vel sui missi donec illa guerra vel discordia duraverit. Nec facient ipsi Astenses vel Albenses pacem vel treguam vel guerram recreutam vel aliquod possum fraudulosum cum persona vel personis, Civitate vel civitatibus, loco vel locis, castro vel castris, universitati et universitatibus cum quibus Comune Alexandrie guerram vel discordiam habuerit vel habebit donec guerra illa vel discordia duraverit sine parabula et voluntate rectoris seu rectorum alexandrie data conscilio collecto ad campanam toto vel majori parte in quo conscilio sint ad minus sine fraude viri trescenti, Et si comune et homines ast et albe inceperint vel fecerint guerram pro comuni alexandrie ad postulationem ipsius comunis alexandrie contra aliquem homines vel hominem Civitatem vel civitates, locum vel loca, castrum vel castra, universitatem et universitates, aut contra comune et homines Ast et Albe occasione comunis et hominum Alexandrie incepta fuerit aliqua guerra non possint nec debeant comune et homines alexandrie facere pacem vel treguam vel guerram recreutam seu possum fraudulosum sine voluntate et parabola rectoris seu rectorum Ast data cum conscilio ad campanam vocato toto vel maiori parte in quo conscilio sint adminus sine fraude centum capita domus exceptis consciliariis de campana et sine parabola potestatis albe data conscilio campana collecto toto vel maiori parte in quo conscilio sint ad minus sine fraude centum viri, Quod autem dictum est de guerra facienda a comuni ast et a comuni albe pro comuni alexandrie ita intelligatur ut comune et homines ast et comune et homines albe teneantur incipere guerram et omnia facere ut supra dictum est, Si guerra incepta fuerit contra comune alexandrie ab aliquo vel ab aliquibus infra quindecim dies postquam potestas, rector vel rectores Ast et Albe requisitus vel requisiti fuerint a rectore vel rectoribus Comunis alexandrie vel eorum nuncio vel nunciis, Si autem comune alexandrie guerram inciperet vel incepisset contra aliquem vel aliquos pro iniuria vel iniuriis Comuni alexandrie illata vel illatis vel dampno sibi dato in personis vel rebus, tunc Comune et homines Ast Comune et homines Albe teneantur incipere guerram et facere omnia ut supra dictum est cum a rectore vel rectoribus Comunis alexandrie vel eorum nuncio vel nunciis fuerint requisiti quam requisitionem in fraudem nullatenus evitabunt nisi infra mensem a die requisitionis Comune et homines Ast, Comune et homines albe fecerint Comuni alexandrie restitui et emendari iniuriam vel iniurias et dampnum sibi datum ad voluntatem Comunis Alexandrie, Et si Comune Alexandrie vellet per se sine conscilio comunis Ast et comunis Albe incipere guerram contra aliquem vel aliquos tunc Comune et homines Aste, Comune et homines Albe non teneantur facere guerram pro comuni Alexandrie a domibus Ast et Albe set teneantur Comune Alexandrie iuvare et guerram facere pro comuni Alexandrie a domibus Alexandrie et exercitus et cabalcatas facere ut supra dictum est ad voluntatem comunis Alexandrie,

Versa vice dictus potestas alexandrie promitet nomine et vice Comunis Alexandrie de voluntate tocius conscilii vel maioris partis per campanam collecti quod emet et faciet equos et arma bona fide secundum quod ab eo fuerit a comuni astensi et a comuni albensi postulatum et quod faciet guerram a domo sua et a domo astensium et a domo albensium cum omni sua forcia faciendo exercitus et cabalcatas ad voluntatem rectorum ast et albe (qui) pro tempore fuerint vel alio modo sicut melius potest fieri guerra illi homini et hominibus, persone et personis, Civitati et Civitatibus, loco et locis, Castro et castris, universitati et universitatibus, cui vel quibus Comune astense et Comune albense facient et fecerint et cum quo vel quibus guerram vel discordiam habuerint aliquo modo ubicumque cum a rectore vel rectoribus Comunis Astensis et Comunis Albensis vel eorum nuncio vel nunciis requisiti fuerint rector vel rectores Comunis Alexandrie donec guerra illa vel discordia duraverit, Nec propter aliquod dictum vel factum quod posset dici fieri vel excogitari ab aliqua persona aliquo modo vel aliqua occasione seu excusatione pretermitent quin predicta omnia et infrascripta adimpleant et observent et attendant secundum preceptum et precepta rectoris et rectorum Ast et Albe qui pro tempore fuerint vel eorum missi donec guerra illa seu discordia duraverit nec facient ipsi alexandrini pacem vel treguam vel guerram recreutam vel aliquod possum fraudulosum cum persona vel personis, Civitate vel Civitatibus, loco vel locis, Castro vel castris, universitate vel universitatibus cum quo vel quibus Comune astense et cum quo vel quibus comune albense guerram vel discordiam habuerint et habebunt donec guerra illa vel discordia duraverit sine parabola et voluntate rectoris seu rectorum Ast et Albe data conscilio collecto ad campanam toto vel maiori parte in quo conscilio sint ad minus sine fraude in Aste centum capita domus cum alio primo conscilio campane et in Alba sint adminus viri centum, Et si Comune et homines alexandrie inceperint vel fecerint guerram pro comuni astensi et albensi ad postulationem comunis astensis et ad postulationem comunis albe contra aliquem hominem vel homines, Civitatem vel civitates, locum vel loca, castrum vel castra, universitatem et universitates aut contra comune et homines alexandrie occasione Comunis et hominum ast et albe incepta fuerit aliqua guerra, non possint nec debeant Comune et homines ast et albe facere pacem vel treguam vel guerram recreutam seu possum fraudulosum sine voluntate et parabola rectoris seu rectorum comunis alexandrie data cum conscilio ad campanam vocato toto vel maiori parte in quo conscilio sint ad minus sine fraude viri trescenti, quod autem dictum est de guerra facienda a comuni Alexandrie pro comuni astensi et pro comuni albensi ita intelligatur ut comune et homines alexandrie teneantur incipere guerram et omnia facere ut supra dictum est si guerra incepta fuerit contra Comune astense et albense ab aliquo vel ab aliquibus infra quindecim dies postquam potestas, rector seu rectores alexandrie requisitus vel requisiti fuerint a rectore vel rectoribus Comunis aste et albe vel eorum nuncio vel nunciis, Si autem Comune astense et Comune albense guerram inciperent vel incepissent contra aliquem vel aliquos pro iniuria vel iniuriis comuni astensi vel comuni albensi illata vel illatis vel dampno eis dato in personis vel rebus tunc Comune et homines alexandrie teneantur incipere guerram et facere guerram ut supra dictum est cum a rectore vel rectoris Comunis astensis vel Comunis albensis vel eorum nuncio vel nunciis fuerint requisiti rector vel rectores Comunis alexandrie quam requisitionem in fraudem nullatenus evitabunt nisi infra mensem a die requisitionis Comune et homines alexandrie fecerint comuni astensi et comuni albensi restitui et emendari iniuriam vel iniurias et dampnum sibi datum ad voluntatem Comunis astensis et ad voluntatem Comunis albensis, Et si comune ast vel comune albe vellent per se se sine conscilio comunis alexandrie incipere guerram contra aliquem vel aliquos tunc Comune et homines alexandrie non teneantur facere guerram pro comuni astensi nec pro comuni albensi a domibus alexandrie set teneantur comune ast et comune albe iuvare et guerram facere pro comuni astensi et pro comuni albensi a domibus astensium et a domibus albensium et exercitus et cabalcatas facere ut supra dictum est ad voluntatem comunis astensis et ad voluntatem Comunis albensis.

Item promitent dicti potestates ast et albe eligere singulis annis tres viros de Civitate alexandrie qui tres iuramento teneantur per totum anni circulum audire peticiones et lamentaciones civiles et criminales omnes quas cives Civitatis ast et habitatores et homines iurisdicionis ipsius et quas Cives albe habitatores et homines jurisdicionis ipsius movere voluerint vel movebunt contra homines de alexandria vel contra aliquem de jurisdictione alexandrie et eas secundum jus vel per compositionem amicabilem diffinire a die mote questionis usque ad dies xl, condempnando reum qui fuerit condempnandus et ei in condempnatione decem dierum dilationem dando quibus elapsis undecima die post

sentenciam teneantur predicti tres viri compellere condempnatum iurare de bonis suis manifestandis et sententiam executioni mandare, hoc modo videlicet ut primo satisfiat creditori de rebus mobilibus secundo de immobilibus faciendo res inmobiles exstimari per exstimatores comunis et creditori dari in solutum tres denariatas pro duobus denariis quod totum fiat et compleatur infra alios decem dies. Et liceat creditori convenire prius quem voluerit utrum debitorem vel fideiussorem. Et si condempnatus non habuerit mobile vel immobile vel aliquid aliud unde creditori satisfieri possit teneantur predicti tres cognitores ponere condempnatum in banno et potestas rector sive rectores teneantur expellere ipsum de civitate et iurisdictione alexandrie de quo banno non exeat donec satisfecerit creditori. Debitor tamen condempnatus vel alius vice et nomine ipsius possit reddimere res extimatas suo creditori et eas recuperari pro eodem precio infra annum a die extimationis facte et si predicti tres viri simul non poterint interesse illi cognicioni duo ex illis post expectacionem duorum dierum procedere teneantur, Et capiantur ab illis tribus pro censiva sive iudicatura solummodo denarii xii, ab utraque parte de libris illius monete que fuerit petita cuius iudicature medietas perveniat in comune sue Civitatis et alia medietas remaneat penes eos. E converso promitet dictus potestas alexandrie vice et nomine comunis alexandrie eligere singulis annis tres viros, videlicet duos de aste et unum de alba qui tres iuramento teneantur per totum anni circulum audire peticiones et lamentaciones civiles et criminales omnes quas Cives Civitatis alexandrie habitatores et homines iurisdictionis ipsius movere voluerint vel movebunt contra homines de aste et de alba vel contra aliquem de iurisdictione ast vel albe et eas secundum ius vel compositionem amicabilem diffinire a die mote questionis usque ad quadraginta dies condempnando reum qui fuerit condempnandus et ei in condempnacione decem dierum dilationem dando quibus elapsis undecima die post sentenciam teneantur predicti tres viri compellere condempnatum iurare de bonis suis manifestandis et sentenciam executioni mandare hoc modo videlicet ut primo satisfiat creditori de rebus mobilibus secundo de inmobilibus faciendo res inmobiles exstimari per exstimatores comunis et creditori dari in solutum tres denariatas pro duobus denaris quod totum fiat et compleatur infra alios decem dies. Et liceat creditori convenire prius quem voluerit debitorem vel fideiussorem, Et si condempnatus non habuerit mobile vel inmobile vel aliquid aliud unde creditori satisfieri possit teneantur predicti tres cognitores ponere condempnatum in banno et potestas rector sive rectores teneantur expellere ipsum de Civitate ast et iurisdictione si fuerit de aste et eius iurisdictione et de Civitate albe et eius iurisdictione si fuerit de alba et eius iurisdictione, de quo banno non exeat donec satisfecerit creditori, Debitor autem condempnatus vel alius vice et nomine ipsius possit redimere res extimatas suo creditori et eas recuperare pro eodem precio infra annum a die extimationis facte. Et si predicti tres viri simul non poterint interesse illi cognitioni duo ex illis post expectationem duorum dierum procedere teneantur et capiantur ab illis tribus pro censiva sive iudicatura solummodo denarios duodecim ab utraque parte de libris illius monete que fuerit petita Cuius iudicature medietas perveniat in comune suarum civitatum pro rata et alia medietas remaneat penes eos.

Item promitent dicti potestates ast et albe vice et nomine comunis ast et albe quod nullum cambium facient nullum saximentum in personis vel rebus hominum alexandrie vel iurisdictionis nec ab aliquo fieri permitent nisi in persona vel rebus principalis debitoris vel fideiussoris et si factum fuerit relaxabunt et absolvent vel relaxari vel absolvi et restitui facient infra tercium diem ex quo super hoc a potestate vel rectore comunis alexandrie vel eius nuncio vel nunciis fuerint requisiti. Et eodem modo promitet potestas alexandrie vice et nomine comunis alexandrie quod nullum cambium faciet nullum saximentum in personis vel rebus hominum ast nec hominum albe vel iurisdicionis ast et albe nec ab aliquo fieri permitet nisi in persona vel rebus principalis debitoris vel fideiussoris et si factum fuerit relaxabit et absolvet vel relaxari absolvi et restitui faciet infra tercium diem ex quo super hoc a potestate vel rectore Comunis ast et albe vel eorum nuncio vel nunciis fuerit requisitus, Item promitent dicti potestates ast et albe vice et nomine comunis ast et albe habere et tenere bannitos et pro bannitis omnes illos qui a potestate vel rectore vel rectoribus Comunis alexandrie fuerint banniti et eos expellere de civitate ast et de iurisdictione et de Civitate albe et iurisdictione albe infra tercium diem e quo super hoc fuerint requisiti a potestate vel rectore vel rectoribus Comunis alexandrie vel eorum nuncio vel nunciis et eos capere et potestati rectori vel rectoribus Comunis alexandrie per se vel per alios ad hoc ydoneos consignare si tamen super hoc specialiter a potestate, rectore vel rectoribus Alexandrie vel eorum nuncio vel nunciis fuerint requisiti quod quidem locum habeat solummodo

de illis bannitis qui sunt vel erunt de Civitate alexandrie vel iurisdictione solummodo et quidem locum habeat in futuris bannitis tantum, Versa vice dictus potestas alexandrie vice et nomine communis alexandrie premitet habere et tenere bannitos et pro bannitis omnes illos qui a potestate vel rectore Comunis astensis vel a potestate vel rectore comunis albensis fuerint banniti et eos expellere de civitate alexandrie et iurisdictione infra tercium diem ex quo fuerit super hoc requisitus a potestate, rectore vel rectoribus Comunis astensis vel a potestate, rectore vel rectoribus Comunis albensis vel eorum nuncio vel nunciis et eos capere et potestati, rectori vel rectoribus Comunis astensis vel potestati rectori vel rectoribus Comunis albensis per se vel per alios ad hoc ydoneos consiguare, si tamen specialiter super hoc a potestate rectore vel rectoribus astensium vel albelsium vel eorum nuncio vel nunciis fuerit requisitus, quod quidem locum habeat solummodo in illis bannitis qui sunt vel erunt de civitate ast vel iurisdictione vel qui sunt vel erunt de civitate vel iurisdictione albe et quidem locum habeat in futuris bannitis tantum.

Item prenominati potestates ast et albe vice et nomine comunis ast et albe premitent eligere vel eligi facere singulis annis duos viros de civitate alexandrie qui duo per totum anni circulum cum duobus de civitate ast a potestate comunis alexandrie electis vel a rectore ad hoc specialiter iuramento teneantur audire, cognoscere et diffinire secundum ius bona fide et sine fraude comuniter pro bono et ad bonum utriusque civitatis omnes questiones et controversias que mote fuerint vel movebunt inter Comune ast et comune Albe ex una parte et Comune alexandrie ex altera usque ad quadraginta dies a die mote questionis et controversie coram eis. Tali modo quod prenominati potestates ast et albe non possint nec debeant aliquod preceptum facere predictis duobus circa predictam cognitionem et diffinicionem vel aliquid eis iniungere quod pertineat ad predictam cognitionem vel diffinicionem quin ipsi habeant liberam potestatem cum predictis duobus audiendi, cognoscendi et diffiniendi ut supra dictum est, E converso prefatus potestas Alexandrie vice et nomine Comunis alexandrie premitet eligere vel eligi facere singulis annis duos viros de Civitate ast, qui duo per totum anni circulum cum duobus de civitate alexandrie a potestate vel rectore Comunis alexandrie electis ad hoc specialiter iuramento teneantur audire, cognoscere et diffinire secundum ius bona fide et sine fraude pro bono et ad bonum comuniter utriusque Civitatis omnes questiones et controversias que mote fuerint vel movebunt inter Comune Alexandrie ex una parte et Comune ast et albe ex altera usque ad quadraginta dies a die mote questionis et controversie coram eis, Tali modo quod prefatus potestas alexandrie non possit nec debeat aliquod preceptum facere predictis duobus circa predictam cognitionem et diffinicionem vel aliquid eis iniungere quod pertineat ad predictam cognicionem et diffinicionem quin ipsi habeant liberam potestatem cum predictis duobus audiendi, cognoscendi et diffiniendi ut supra dictum est, Et si contingerit quod deus advertat quod predicti IIII^or^ circa sentenciam dissentirent nichilhominus societas, unio, Cytaynaticum firma permaneant et in suo robore perseverent et omnia ista et infrascripta inperpetuum inviolabiliter perseverent et observentur. Item promitent dicti potestates ast et albe vice et nomine comunis ast et albe quod si comune alexandrie fuerit cum exercitu militum et peditum cum Comuni Civitatis astensis in quo exercitu Civitas astensis sit cum exercitu militum et peditum sine comuni albe vel cum comuni albe de omni lucro et preda quod et que pervenire poterit in forcia Comunis Civitatis astensis vel Comunis albensis dabunt et consignabunt partem dimidiam tocius lucri et prede et specialiter hominum qui fuerint ibi caupti, Et si sola milicia Civitatis alexandrie fuerit cum astensibus in exercitu in quo astenses sint cum militibus et peditibus cum Comuni albe vel sine Comuni albe tunc dabunt et consignabunt Comuni alexandrie quartam partem tocius lucri et prede et specialiter hominum qui fuerint ibi caupti. Et si non tota milicia alexandrie set aliqui milites vel pedites fuerint cum astensibus in exercitu tunc dabunt illis militibus et peditibus partem lucri et prede et specialiter hominum qui fuerint ibi caupti pro rata et numero virorum, Versa vice premitet predictus potestas alexandrie vice et nomine Comunis alexandrie quod si Comune astense cum comuni albe vel sine comuni albe fuerit cum exercitu militum et peditum cum Comuni Civitatis alexandrie in quo exercitu Civitas Alexandrie sit cum exercitu militum et peditum de omni lucro et preda quod et que pervenire poterit in forcia Comunis Civitatis alexandrie dabunt et consignabunt Comuni astensi et Comuni albensi vel Comuni astensi si Comune Albense ibi non fuerit partem dimidiam tocius lucri et prede et specialiter hominum qui fuerint ibi caupti. Et si sola milicia civitatis astensis cum milicia Civitatis albe vel sine milicia civitatis albe fuerit cum alexandrinis in exercitu in quo civitas Alexandrie sit cum militibus

et peditibus tunc dabunt et consignabunt Comuni astensi et albensi si ibi fuerint quartam partem tocius lucri et prede et specialiter hominum qui fuerint ibi caupti. Et si non tota milicia astensium et albensium set aliqui pedites vel milites fuerint cum alexandrini in exercitu tunc dabunt illis militibus et peditibus partem lucri et prede et specialiter hominum qui fuerint ibi caupti pro rata et numero virorum. Item promitent dicti potestates ast et albe vice et nomine Comunis ast et albe quod si aliquis de alexandria vel iurisdictione cauptus fuerit quod deus advertat in servicio Civitatis Astensis vel Civitatis albensis quod ipsi dabunt ei in scontrum si habuerint in sua forcia de inimicis de quibus in scontrum conveniens possit ei dari et illum prius excutient de carcere et ei prius dabunt in scontrum quam suis nisi Comune alexandrie tot haberet de inimicis in sua forcia et virtute de quibus posset ei dari in scontrum conveniens. Versa vice dictus potestas alexandrie vice et nomine Comunis alexandrie promitet quod si aliquis de aste et iurisdictione aliquis de alba et iurisdictione cauptus fuerit quod deus advertat in servicio Civitatis alexandrie quod ipse dabit ei scontrum conveniens si habuerit in sua forcia de inimicis de quibus in scontrum conveniens possit ei dari et illum prius exscutiet de carcere et ei prius dabit in scontrum quam suis nisi Comune Ast et albe tot haberent de inimicis in sua forcia et virtute de quibus posset ei dari in scontrum conveniens, Item promitent dicti potestates ast et albe vice et nomine Comunis ast et albe quod si contingerit quod deus advertat aliquem de Civitate astensi vel iurisdictione aliquem de civitate albe vel iurisdictione interficere, vulnerare vel alio modo percutere vel aliter ei iniuriam facere Civem alexandrie vel aliquem de iurisdictione alexandrie quod aufferent ei pro banno sive pro pena tantum quantum auferrent ei si predicta comisisset vel aliquid de predictis in Civitate astensi vel in aliquem de iurisdictione astensi et ipsum eo modo punient et eadem forma qua punirent eum si predicta comississet vel aliquid de predictis in aliquem Civem astensem vel in aliquem de iurisdictione astensi, Versa vice dictus potestas alexandrie vice et nomine Comunis alexandrie promitet quod si contingerit quod deus advertat aliquem de alexandria vel iurisdictione interficere vulnerare vel alio modo percutere vel aliter ei iniuriam facere Civem astensem vel albensem vel aliquem de iurisdictione astensi vel albensi quod aufferet ei pro banno sive pro pena tantum quantum auferret ei si predicta comisisset vel aliquid de predictis in Civitate alexandrie vel in aliquem de iurisdictione alexandrie et ipsum eodem modo puniet et eadem forma qua puniret eum si predicta comississet vel aliquid de predictis in Civem alexandrie vel in aliquem de iurisdictione alexandrie, Eo salvo quod potestas alexandrie teneatur solummodo punire interfectorem secundum modum et formam astensis capituli de homicidio. Item promitent dicti potestates ast et albe vice et nomine Comunis ast et albe quod si contingerit aliquo casu quod aliquis vel aliqui nomine Comunis alexandrie seu pro comuni alexandrie postularent conscilium per campanam vel alio modo a potestate vel rectore astensi vel a potestate vel rectore albensi tunc potestas seu rector Civitatis astensis, potestas seu rector Civitatis albensis teneantur illud conscilium dare et audire que preposita ab eo vel ab eis pro comuni alexandrie et ei vel eis responsionem facere in conscilio si placuerit postulanti vel postulantibus. E converso potestas alexandrie vice et nomine Comunis Alexandrie promitet quod si contigerit aliquo casu quod aliquis vel aliqui nomine Comunis astensis vel pro comuni astensi vel nomine Comunis albensis vel pro comuni albensi postularent conscilium per campanam vel alio modo a potestate vel rectore Civitatis alexandrie tunc potestas seu rector alexandrie teneatur illud conscilium dare et audire que preposita fuerint ab eo vel ab eis pro comuni ast vel pro comuni albe et ei vel eis responsionem facere in conscilio si placuerit postulanti vel postulantibus. Item promitent dicti potestates ast et albe vice et nomine Comunis asti et albe quod nullum contractum facient nullam societatem cum aliquo vel aliquibus qui contractus vel que societas veniat in aliquo vel in aliquibus contra presentem concordiam societatem et citaynaticum set si aliquem contractum vel aliquam societatem fecerint illum et illam facient salva presenti concordia societate et citaynatico et salvis omnibus capitulis pactis et conventionibus que in hac societate continentur. E converso potestas alexandrie vice et nomine comunis alexandrie promitet quod nullum contractum faciet nullam societatem cum aliquo vel aliquibus qui contractus vel que societas veniat in aliquo vel in aliquibus contra presentem concordiam societatem et citaynaticum set si aliquem contractum vel aliquam societatem fecerit illam et illum fecerit salvis presenti concordia societate et citaynatico et salvis omnibus capitulis pactis et conventionibus que in hac societate continentur. Item hoc actum est in hac societate et citaynatico quod Marchio montisferrati non est Civis astensis nec Civis albensis nec Civis Alexandrie. Et promitent dicti potestates ast et albe

vice et nomine comunis ast et albe quod Comune ast vel comune albe marchionem montisferrati vel eius filios vel heredes nullo tempore recipient in Civem vel habitatorem Cives vel habitatores Civitatis astensis vel civitatis albensis. E converso potestas alexandrie promitet vice et nomine comunis alexandrie quod Comune Alexandrie marchionem montisferrati vel eius filios vel heredes nullo tempore recipient in Civem vel habitatorem Cives vel habitatores Civitatis alexandrie. Item promitent dicti potestates ast et albe nomine et vice Comunis ast et albe quod destinabunt duos anbaxatores Alexandriam eo tempore quo regimen de novo mutabitur in alexandria qui anbaxatores habeant instrumentum huius concordie, societatis et Citaynatici vel exemplum aucptenticatum et super eo iuret, presentibus illis, potestas rector sive rectores alexandrie. Versa vice potestas alexandrie vice et nomine Comunis alexandrie promitet quod destinabit duos anbaxatores ast eo tempore quo regimen de novo mutabitur in ast qui anbaxatores habeant instrumentum huius concordie societatis et Citaynatici vel exemplum aucptenticatum et super eo iuret presentibus illis potestas rector sive rectores Civitatis astensis. Et eodem modo destinabit duos anbaxatores albam tempore quo regimen mutabitur in illa civitate, qui anbaxatores habeant instrumentum huius concordie et societatis et citaynatici vel exemplum auctempticatum et super eo iuret presentibus illis duobus, potestas rector sive rectores Civitatis albensis. Item iurabunt et promitent potestates ast et albe vice et nomine comunis astensis et albensis et omnes astenses et albenses exceptis relligiosis, a quindecim annis supra et a septuaginta infra non vetare nec aliquo modo vetari permittere homines alexandrie et iurisdictionis ducere et duci facere omnem negociationem sive mercandiam de Civitate ast et iurisdictione de Civitate albe et iurisdictione excepta blava de qua non teneantur astenses et albenses nisi secundum quod voluerint et ordinaverint. Eo modo iurabunt et promitent potestas, alexandrie vice et nomine Comunis alexandrie et omnes alexandrini. exceptis relligiosis, a quindecim annis supra et a septuaginta infra non vetare nec vetari permittere homines Civitatis astensis et iurisdictionis, homines civitatis albensis et iurisdictionis ducere et duci facere omnem negociationem de civitate alexandrie et iurisdictione excepta blava de qua non teneantur alexandrini nisi secundum quod voluerint et ordinaverint. Item promitent potestas alexandrie nomine et vice Comunis alexandrie et omnes alexandrini quod non auferent nec auferri permitent in alexandria et tota iurisdictione posse et poderio alexandrie pedagium hominibus per stratam euntibus de ast et de iurisdictione, hominibus de alba et de iurisdictione albe nisi secundum formam infrascriptam. Inprimis dabunt astenses et albenses de soma, trosello, carza denarios duodecim papienses tantum si emerint alexandria, si duxerint Alexandriam et ibi remanserint totidem, si alibi duxerint solidos duos papiensium, de asino et asina denarios tres papienses pro pedagio hominibus stirpis et equitantibus nichil, pro procuradia nichil auferent Civibus astensibus et civibus albensibus. de bove qui ducetur ad vendendum denarios duos papienses et de equo qui ducetur ad vendendum denarios XII, papienses. de trentanario ovium denarios XII papienses, Versa vice potestas Civitatis ast vice et nomine comunis astensis promitet et omnes astenses, potestas albe vice et nomine Comunis albensis promitet et omnes albenses quod non auferent nec auferri permitent in Civitate ast et iurisdicione posse et poderio, in civitate albe et iurisdicione posse et poderio hominibus per stratam euntibus de alexandria et iurisdictione nisi secundum formam infrascriptam in primis dabunt alexandrini de somma, trosello, carza denarios VIII astenses tantum si emerint ast et albe et si duxerint ast vel albam et ibi remanserint totidem, si alibi duxerint denarios sedecim astenses, de asino et asina honerata denarios duos astenses pro pedagio hominibus stirpis et equitantibus nichil, pro procuradia nichil auferent Civibus alexandrie, de bove qui ducetur ad vendendum denarium unum et dimedium astensem, de equo qui ducetur ad vendendum denarios octo, de trentanario Ovium denarios octo. Item iurabunt omnes astenses albenses et Alexandrini ponere et scribi facere in sacramento regiminis rectoris seu rectorum ast et albe et in sacramento regiminis rectoris vel rectorum alexandrie quod ipsi rectores iuramento teneantur sine tenore et ullo remedio hanc concordiam societatem et Citaynaticum servare et servari facere in integrum in omnibus et per omnia que in ipsa concordia societate et Citaynatico continentur quod facient sequentes rectores scimile sacramentum facere et illi sequentes aliis sequentibus et sic de ceteris inperpetuum et quod facient apponi in iuramento sequele singulorum Civium quod ipsi Cives habeant hanc concordiam societatem et Citaynaticum perpetuo in singulis Capitulis observabunt (*sic*). Item iurabunt astenses albenses et Alexandrini renovare et renovari facere inperpetuum in capite cuiuslibet trienii huius presentis concordie societatis et Citaynatici juramenta. Item iurabunt dicti potestates Ast Albe et alexandrie et omnes

astenses. albenses et alexandrini quod si aliquod capitulum reperiretur vel scriberetur in iuramento potestatis rectoris vel rectorum ast albe et alexandrie quod contradiceret vel obveniret huic concordie societati et Citaynatico in aliquo vel in aliquibus illud capitulum sive capitula cassum et cassa sint et nullius valoris et de eo et eis non teneatur potestas, rector vel rectores ast. albe et alexandrie set presentem concordiam societatem et Citaynaticum teneantur sine tenore in omnibus capitulis observare et observari facere in integrum. Item iurabunt omnes astenses, albenses et alexandrini attendere et observare et adimplere omnia ante ista et infrascripta in integrum et specialiter id totum quod additum fuerit societati concordie et Citaynatico de voluntate et consensu tocius conscilii alexandrie per campanam collecti in quo sint ad minus sine fraude viri trescenti et de voluntate et consensu tocius conscilii astensis per campanam collecti in quo sint ad minus sine fraude centum capita domus exceptis consciliariis de campana et de voluntate et consensu tocius conscilii albensis in quo conscilio sint ad minus sine fraude viri centum. Hec omnia attendere et inviolabiliter observare in perpetuum et nullo tempore in aliquo contravenire iurabunt potestates astenses in pleno conscilio ast per campanam collecto et omnes consciliarii et omnes cives et habitarores Civitatis astensis a quindecim annis supra et a septuaginta infra salvo domino frederico imperatore et nihilominus societas concordia citaynaticum prout supra dictum est in suo robore imperpetuum inviolabiliter perseverent et salvo episcopo astensi et salvo mediolanensi et salvis iuramentis concordie Carii, Testone et saviglani. Hec omnia attendere et inviolabiliter observare imperpetuum et nullo tempore contravenire jurabunt potestas albe in pleno conscilio albe per campanam collecte et omnes consciliarii et omnes Cives et habitatores Civitatis albensis a xv annis supra et a lxx infra salvo domino frederico imperatore et nichilhominus societas concordia et Citaynaticum in suo robore imperpetuum inviolabiliter perseverent et salvo albensi episcopo. Scimiliter hec omnia iurabunt attendere et inperpetuum et inviolabiliter observare et nullo tempore contravenire potestas alexandrie in pleno conscilio alexandrie per campanam collecto et omnes consciliarii et omnes Cives et habitatores Alexandrie a xv annis supra et a lxx infra salvo domino frederico imperatore et nichilhominus societas concordia et Citaynaticum in suo robore imperpetuum inviolabiliter perseverent et salvis iuramentis concordie vercellarum, et salvis iuramentis concordie Terdone et salvis iuramentis concordie mediolani et salvo episcopo alexandrie. Actum in ecclesia sancte marie de maxio, Interfuerunt Testes dominus Opizo amichonus de mediolano, dominus lampugnanus marcellinus, dominus Guido de puteo bonello, dominus guidoctus de merate. Et ego Jacobus belserius Notarius palatinus interfui et jussu domini Jacobi de stoerda, domini jacobi de jaffa, domini petri de aracio, domini Robaldi Gardini, domini baialardi pilati et domini alioni scarampi ad hoc electorum ex parte ast et albe et jussu domini Raynaldi de troto, domini Raynerii nani, domini Rufini scacavelli, domini Rufini vasci et domini Rufini asinarii et domini bartolini bulle ad hoc electorum ex parte alexandrie prout ipsi confitebantur duo instrumenta eiusdem tenoris composita scripsi.

Ad hec Anno eodem et eadem indictione die lune tercio kalendas novembris in pleno conscilio alexandrie voluntate et precepto consciliatorum quorum nomina inferius denotantur. dominus Joannes de casanova Judex et vicarius domini wifredi de pirovano potestatis alexandrie nomine comunis alexandrie constituit et fecit se civem et habitatorem civitatis astensis et civitatis albensis promitendo domino petro becarie et domino baialardo berardengo nomine Comunis astensis et domino Oberto capra et domino marco foacia nomine comunis albensis. nomine prefato comunis alexandrie, omnia predicta attendere et observare et observari et attendi facere inintegrum prout in predicto instrumento continetur. Et eosdem baialardum, petrum, Obertum et marcum nomine Comunis ast et albe dictus dominus Johannes voluntate conscilii alexandrie nomine comunis alexandrie recepit pro civibus et habitatoribus Comunis Alexandrie. Testes scotus notarius alexandrie, Guillelmus merçarius notarius alexandrie. Et ego Jacobus belserius notarius palatinus interfui et iussu predictorum domini petri beccarie et domini baialardi et domini oberti et domini marco sic scripsi et hoc actum et dictum fuit in maiori ecclesia sancti petri de alexandria.

Nomina credendariorum sunt ista; Petrus collus, Willelmus Raynaldus, Durnasius, Arnaldus bucca, Poncius milanus. Ubertus de sachello. Mainfredus de platea Henricus grandus, Rufinus de benço, Jacobus Ayverdus, Joannes folitros. Curtus de maingo. Obertus quarçaficus, Willelmus gamberia, Petrus strata, Carlus rayverdus, Henricus panicia, Rufinus bellus, henriacius nanus, Willelmus de balenuco, Truchius, Bubulcus Acarinus, Bosius scriba, Anselmus mopecius, Obertus de ocimiano, Raynerius tealdus, Otto viciatus, Rufinus Clarus. Robaldus mussus, Rufinus de quinçano. Ghisulfus Acerbus. Rufinus pectenarius,

Bencius asperellus, Rufinus de bugerio, Gamundinus canbitor, Anselmus buca de lacte, Albertinus de guerra, Palerius de bosco, palmerius de puteo, Bricius saccus, Vastaviuum, Willelmus octonis guericii, Aurancius cristallus, Alcornerius, Vagnonus Rufiniblaci, Obertus mopcius, otto scribanus, Maneoctus de parma, Bernardus de pilo, Henricus lisalius, Bonus Joannes de roba, Oddo de rubo, Rufinus tegnosus, Oddo nanus de squarçaficis, Carlevarius Bonusmeglorius, Ugo de gaçano, Belengerius niblus, Belengerius de coa, Gandulfus boverius, Ubertus scribanus, Marescotus, Albertus de agencis, Obertus de fantino, dominus Raynaldus trotus, Bosius faber, Ogerius de pugino, Jacobus pectenarius, Johannes ardengus, Otto silvaticus, Anselmus de foro, Raynerius nanus, Anselmus curtus, Oddo tavanus, Acotus afayturatus, Rollandus de resto, Rasinus vascus, Johannes patarenus, Ogerius ghillus, Vascus Rollandi cone, Bernardus vascus, Rufinus taurus, facius de molinario, Anselmus de boca, Robaldus Aldracus, Bencius Acarinus, petrus de parma, Girardus de octone, Anselmus paniça, Willelmus belletus, Galiardus squarçaficus, Oddo sapa, Girardus squarçaficus, Otto de lomello, Ronuzius squarçaficus, Rufinus saccus, Rufinus cruva, Henricus glarorius, Laurencius scarabellus, Albertus octonis vercii, Notus vastavinum, Araverdus, lafrancus de josalva, vivianus ferrerius, Ubertus guaonus, Bonus Joannes de grasso, Robaldus nicia, Thebaldus nata, Armannus tavanus, Bernardus curtus, Willelmus de glegino, Ansaldus portonarius, Ugo de jerbo, Ubertus pastor, bugerius de flovera, Rofinus de ferracane, Anselmus balbus, Nicholaus carlonus, henricus mascarus, Willelmus notarius merçarius, Thebaldus pelorcius, Rufinus clarion, hericus de silo, Jacobus celorius, petrus grassus, scotus notarius, Ubertus silvaticus, Jacobus vercius iudex, bernardus de marchailio, Ubertus scacavellus, Bencius afayturatus, paganotus de puteo, Nanfus lançavetula, Mainfredus de begnamo, henricus balbus, Rufinus vascus, Rufinus de paona, Thebaldus fantinus, Casangnus de palermo, Raynerius de Willelmo maio, Johannes nicia, Opiço de foro, Willelmus carreria, florius nicia, Oyonus lançavetula, Willelmus vascus, Nicholaus balbus, Ubertus de foro, Ricardus vascus, Raynaldus silvaticus, Octo de rufino de octone, Armannus de bogerio, Arnaldus de foro, Obertus pavaglonus, Otto ferrerius, Aycardus de cortemilia, Qui omnes credendarii promiserunt et ad sancta dei evangelia iuraverunt omnia predicta attendere et observare attendi et observari facere impertetuum et in aliquo predictorum non contravenire, in predicta ecclesia sancti petri et coram predictis testibus, preterea isti sunt de conscilio qui iuraverunt predicta attendere extra conscilium, Willelmus vascus, Rufinus mussus, Willelmus carbonus, Andreas pectenarius, Girardus nicia, dalfinus saccus, Rufinus pelatus, Ubertus restanus, scotus de octone scoto, Anselmus carbonus, Ribaldus Gandulfus, Martinus bavosus, Rollandus de henrico de Jacobo de solerio, Carle nolesins, Obertus grassus, petrus milonus, Armannus capellarius, Willelmus storteglonus, Jacobus lançavetula, Petrus calvus, bencius calcamulinis, Martinus Alingnus, dolius, bernardus mercator, deus lançavetula. Et ego Jacobus belserius notarius palatinus predictis omnibus interfui et scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1011. *Astenses poscunt ab Albensibus ut legatos deligant ad foederis conditiones nonnullas implendas. Albenses aiunt foederis pacta non rite servata fuisse ab Astensibus: nihilominus si Astenses resipiverint, Albenses pollicentur tempore opportuno, quae ab ipsis postulantur, facturos.* 1224 (1).

Cum baalardus balbus et Jacobus de Jaffa ambaxatores comunis Ast venissent in albensi conscilio et amonuissent et requisissent a comuni albe et ab ipsis consciliariis ut deberent eligere terram de qua volunt potestatem comunem cum astensibus et eligere ambaxatores qui debeant ire cum suis ad potestatem eligendam que eligi debet in proximo secundum quod continetur in concordia albe et ast, Conradus capra civis albensis voluntate consciliatorum qui erant in ipso conscilio tale responsum ipsis ambaxatoribus ast pro comuni albe fecit scilicet quod homines albe credebant quod ignorantia (vel?) ex certa scientia homines ast non bene observaverant concordiam scilicet in aquisto carmagnolearum et leuqui et casteloui, et in facto castelanaldi, et in facto et in aquisto comitis de sabaudia

(1) Monumenti annus desideratur, tamen 1224 adscribendum esse censemus hisce potissimum de causis. Nempe Astenses et Albenses pacem 29 martii ineunt statuuntque quattuor ex utraque parte cives deligere, qui arctissimam componant concordiam (V. Codicis n. 241). Quae Astensium legati, 25 apr. electi, cum Albensium legatis 29 aprilis decrevere, Albenses 9 maii confirmant (V. Codicis n. 968). In monumento, de quo nunc sermo est, Astensium legati repetunt ut quaedam ab Albensibus impleatur concordiae conditio, cuius tenor a pacis 29 martii conventis abhorret. Quare hanc conditionem ad foedus 29 aprilis pertinere atque ad eam implendam, anno saltem post, ab Astensium legatis Albenses monitos fuisse putamus.

et in laborerio venearum, et in facto nevearum. et in denariis quos comune ast civibus albensibus dare debet, Unde dixit voluntate consciliatorum quod non credebat quod comune albe comuni de ast teneretur et si comune de ast restitueret sive repararet pr dicta omnia sive de hiis faceret quod debet quod postea eligeret terram et potestatem et (*sic*) comunem prout in concordia continetur et eciam dixit quod adhuc restant XII, dies usque ad terminum eligendi terram sive potestatem comunem et infra illud terminum deliberabunt homines albe et comuni Ast talem responsionem facient que erit conveniens et honor comunis albe, Ita quod comune albe bene atendet id quod atendere debet.

(E regio taurinensi tabulario).

1012. *Milanus Bentius in civium ordinem accipitur.* 1225. 15 novembris.

Anno domini millesimo ducentesimo vigesimo quinto Indicione XIII^a^, die sabati XV° mensis novembris, Dominus Hugo de Carreto Potestas astensis seu Rector nomine Comunis Astensis et consilio totius credentie per campanam congregate et ore ad os interrogate et scripte fecit donum et investituram in manibus mediolani Bentij de Cario nominatim ut ipse cum fratribus suis de cetero in perpetuum sit Civis Astensis(1) in hac forma scilicet quod solvat fodrum seu collectam et quod non teneatur habitare Aste in quantum de eius fuerit voluntate, et ipse Mediolanus filius quondam Uberti Bentij etiam civis astensis etc, et iurat etc. Testes dominus Ogerius Ansaldus miles potestatis, Notarius, Mussus Boviculus notarius palatinus.

(E summario ex scripturis D. Emanuelis Filiberti Bentii citato).

1013. *Foedus Astensium, Episcopi et municipii taurinensis, Montiscalerii, Pinarolii, Plossaschi, Bagnolii et Bargiarum contra omnes, excepto Sabaudiae comite, ac praecipue contra Cherium.* 1232. 19 julii.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, Amen. Ad honorem eius et beate Marie virginis matris eius et beati Johannis et ad honorem Romani imperii et Civitatis astensis et amicorum eius et civitatis taurini et eiusdem amicorum. Anno Dominice nativitatis Millesimo Ducentesimo Tricesimo secundo die lune XIIIJ, kal, augusti Indicione quinta. Hic est tenor pacis et concordie atque amicicie facte et celebrate inter Comune et homines astenses ex una parte et Comune et homines Taurini ex alia. In primis quod Comune et homines Astenses debeant et teneantur manutenere et adiuvare ubique et defendere pro omnibus viribus eorum ecclesiam et episcopum taurinensem et res et terram et homines ipsius ecclesie et Episcopi et Civitatem taurini et homines de taurino et omnia iura eorum et rationes et possessiones et Cives et habitatores taurini et eorum jura et rationes videlicet homines Montiscalerii et homines Pinairolii et Ploçaschi et Bagnolii et Bargiarum et Marchiones de romagnano qui sunt jurati hominum de taurino et Ciriaci salvo jure Marchionis montisferrati quod habet in Ciriaco contra omnes homines et loca et Civitates nullo homine excepto nisi solumodo Comite sabaudie si ille Comes voluerit se ponere et stare in dictu comunis Astensis de discordiis que erant inter ipsum comitem et Ecclesiam et Comune et homines taurini de pace que tractabatur inter eos per Castellanum Avillanie et Ottonem cornum et ulricum de pertusio pro comite et bertholotum Arpinum et Ottonem gebuinum et Petrum Alexium et Johannem silum pro ecclesia et Comuni taurini et tunc solummodo comune Astense possit juvare comitem predictum non tamen de civitate vel domo eorum vel terra nec super terram taurinensem istorum habitatorum seu ecclesie dum tamen supradicta velint observare habitacula possint vel debeant venire sed solummodo possint ipsum comitem infra terra juvare ad defensionem sue terre, quod si comes nollet se ponere ut supra comune astense non teneatur nec debeat ipsum adiuvare contra taurinenses et ecclesiam taurinensem nisi defendere terram eius comitis salvis conventionibus supradictis et si facta pace inter comitem et ecclesiam et comune taurini ipse comes frangeret vel frangi faceret ipsam pacem vel e converso si ecclesia vel comune taurini frangeret aut frangi faceret ipsam pacem quod Comune et homines astenses teneantur esse contrarii illi qui fregerit pacem et adiuvare et manutenere contra illum qui eam fregerit illum et illos cui et quibus fracta fuerit si infra mensem unum postquam a comuni astensi fuerit denunciatum illi qui fregerit quod restituat et emendet dampna non restituerit et emendaverit secundum dictum comunis astensis. Que denunciatio debeat fieri ab astensibus infra mensem unum postquam inde fuerint

(1) Monumentum hoc usque ad haec postrema verba edidit Cibrarius in *Storia di Chieri* vol. I in adnotatione pag. 104.

requisiti ab illo vel illis cui vel quibus dicta pax fracta fuerit et cognitio et diffinitio de dicta emenda et restitucione dampni facienda debeat fieri ab ipsis astensibus infra alium mensem, Et specialiter teneantur comune et homines de aste manutenere adiuvare et defendere ecclesiam et comune et homines taurini et predictos cives et habitatores contra locum et homines de Cario et quod homines de aste non possint nec debeant recipere eos in habitatores vel iuratos nec eciam in homines vel vassallos universaliter nec singulariter nisi aliquis eorum cum familia sua tota iret ad habitandum pro stallo facto perpetualiter et sine fraude in civitate astensi vel taurinensi nec se ullo modo reconciliari nec concordare cum predictis cariensibus vel aliquam coniunctionem pactum vel promissionem amicicie aliquo modo vel ingenio in futurum celebrare vel contrahere nec etiam occasione alicuius veteris concordie vel habitaculi seu alterius pactionis sive conventionis facte et habite inter ipsos astenses et Carienses, Non obstante etiam aliquo rescripto vel iussu vel mandato imperiali, et si accideret quod homines carii inciperent guerram contra ecclesiam vel homines taurini vel eorum habitatores vel si ecclesia et homines taurini inciperent vel aliquo modo haberent guerram contra dictos carienses vel cum predictis cariensibus quod Comune et homines astenses de ipsa guerra vel discordia seu guerris vel discordiis teneantur predictos carienses tam in personis quam in avere ubique modis omnibus quibus poterunt offendere et guerram vivam facere eis et quod non facient de ipsa guerra vel discordia seu de ipsis guerris vel discordiis pacem treugam vel possum cum predictis cariensibus sine voluntate et licencia hominum de taurino et quod Comune et homines Astenses teneantur dictam guerram incipere et facere secundum quod superius legitur infra quindecim dies postquam a comuni et hominibus taurini eisdem astensibus fuerit denunciatum nisi hoc remaneret de voluntate et licencia comunis et hominum taurini vel credencie tocius vel maioris partis. In facto ecclesie et episcopi ita intelligitur quod si ecclesia et episcopus et terra et homines ipsius ecclesie et episcopi voluerint esse in concordia predicta secundum quod superius et inferius continetur quod homines et comune astense teneantur per omnia eis prout superius scriptum est, alias non. In facto vero civium et habitatorum taurini qui sunt extra civitatem taurini videlicet Montiscalerii et Pinairolii et ploçaschi, bagnolii et Bargiarum atque Ciriaci et Marchionum de Romagnano qui sunt iurati hominum de taurino, Ita intelligitur quod si ipsi voluerint esse in dicta concordia et observare pacta et conventiones et habitaculum civitatis taurini et hominum civitatis taurini quod homines et comune astense teneatur eis ut supra, Alias non. Imo teneatur comune astense adiuvare taurinenses contra eos pro omni eorum posse. Simili modo Ecclesia et comune et homines taurini et homines ecclesie et episcopi taurinensis et omnes suprascripti teneantur manutenere adiuvare et defendere ubique ecclesiam et Episcopum astensem et res et terram et homines ipsius ecclesie et episcopi et Civitatem astensem et homines astenses et de eorum districtu et omnia iura eorum et raciones et Cives et habitatores de aste et eorum iura et raciones, salvis mediolanensibus et vercellensibus et Alexandrinis et eorum pactis et conventionibus et sacramentis secundum quod in instrumentis inde factis continetur et salva societate lombardie, ea videlicet que est ex parte mediolanensium ab Aste et duria baltia inferius. Item quod simili modo per omnia et in omnibus ecclesia et comune et homines taurini et omnes suprascripti teneantur de facto hominum et loci Carii Comuni et hominibus de Aste sicut comune et homines de Aste tenentur ipsi ecclesie et comuni et hominibus taurini. Item quod simili modo et eadem forma per omnia teneantur ecclesia et comune et homines taurini in facto astensi et in facto illorum qui sunt iurati comunis astensis videlicet marchionum de Vasto, excepto marchione saluciarum et castellanorum mançani, Montisfalconi et sarmatoris scilicet si ipsi vellent esse in dicta concordia et observare concordiam et attendere et observare pacta et conventiones et habitaculum comunis et hominum civitatis astensis quemadmodum comune et homines aste tenentur eis in facto ecclesie taurini et Civium et habitatorum taurini. Hoc tamen salvo quod in predictorum castellanorum servicio non teneantur homines taurini equitare nisi tunc demum cum universus populus astensis in eorum servicio ambularet, Si vero tota milicia astensis absque eorum populo in eorum equitaret servicio tunc teneatur comune taurini illuc mittere milites suos bis et non amplius singulis annis illos videlicet qui destrarios haberent. In facto strate hoc actum est scilicet quod ecclesia et comune homines taurini teneantur dare totam stratam crossam consuetam ire per pontem padi taurini quam poterint comuni astensi dummodo faciat caput in civitatem taurini per eam partem ubi placuerit hominibus de aste a taurino citra, Salvis tamen pedagiis domini episcopi et hominum taurini qui possint capere ubicumque eis placuerit in eorum poderio. Simili

modo Comune et homines de aste teneantur dare totam stratam quam poterint hominibus et comuni taurini et quod partes teneantur et debeant manutenere et defendere dictas stratas contra quoslibet homines universos et singulos et loca et castella et civitates et burgos. Item teneantur partes hoc modo de facto imperii videlicet quod non possint ullo modo petere per se nec per alium ab imperatore absoltum vel mandatum vel jussum vel rescriptum de facto Carii etc. et quod si fieret ullo modo quod dabunt operam forciam et virtutem ut de illo mandato rescripto et iussu absolvantur. Item teneantur ecclesia et çomune et homines taurini et omnes supradicti permittere comuni Astensi et hominibus de aste ut capiant suos inimicos in taurino et posse taurini et in posse omnium supradictorum et ecclesie taurini postquam licenciaverint eos inimicos quod non vadant nec reddiant per eorum terram et posse quod quidem facere teneantur infra mensem postquam per comune astense eis fuerit dictum vel denunciatum, salvis mediolanensibus et Alexandrinis et Vercellensibus et aliis juratis taurinensium ab aste inferius et a duria baltia inferius, Eodem modo teneantur astenses eis, salvis papiensibus, terdonensibus et Ianuensibus. Item si contigerit quod aliqua civitas vel locus vel aliqua singularis persona inciperet vel faceret guerram comuni astensi, ea de causa quod comune astense faceret guerram comuni Carii ut supra quod versus predictos adiuvarent et defenderent et manutenerent homines et comune de aste et de eorum districtu et parte et guerram eis facient, Eodem modo teneantur Astenses eis per omnia et hec omnia intelligantur salvis mediolanensibus et vercellensibus et Alexandrinis ubique et salvis eorum pactis et conventionibus et sacramentis factis et habitis inter predictos mediolanenses et vercellenses et Alexandrinos et Taurinenses secundum quod in instrumentis inde factis continetur et salvis sacramentis pactis et conventionibus societatis lombardie factis et habitis inter comune taurini et societatem predictam sicut in eorum instrumentis continetur ab Aste et duria baltia inferius ut si aliquid esset quod obviaret iuramentis factis suprascriptis quod non teneantur taurinenses illud observare occasione dicte concordie versus illos qui sunt ab Aste et duria baltia inferius in societate predicta. Hec omnia ut superius legitur dominus Guillelmus Amatus civis cremonensis potestas Astensis nomine et vice comunis de aste promisit et ad sancta dei evangelia manu propria attendere et observare juravit et quod faciet et operam dabit cum effectu bona fide quod comune et homines astenses hoc idem sacramentum facient et predictam concordiam et amiciciam perpetuo observabunt. Insuper petrus laurencius Iudex et Rollandus caço, Ubertus Arnaldus, Gorzanus laiolius, Thomas de solerio et Mussus boviculus notarius cives astenses pro se se predictam concordiam et amiciciam attendere et observare promiserunt et juraverunt et quod operam dabunt bona fide quod comune et homines astenses hoc idem jurabunt. Versa vice incontinenti Petrus Alexius, Jacobus de ruuore, Johannes canis, Johannes vala, Mainfredus borgesius, petrus prandus, petrus pellizonus, bertholotus alamannus, Henricus ainardus, Rodulfus coaida, Aldeprandus braida, ubertus prandus, Nicholaus sac, Jacobus de taurino, Rogerinus notarius et Jacobus bertanus sindici comunis taurini constituti prout per instrumentum apparebat publicum factum a bonoiohanne de Marentino notario in eodem anno et indicione die sabati XVI kal. augusti predictam amiciciam et concordiam nomine et vice comunis taurini attendere et observare promiserunt et juraverunt hoc addito in eodem sacramento quod operam dabunt cum effectu bona fide quod alii universi homines taurini hanc eandem concordiam et amiciciam attendere et observare perpetuo jurabunt. Insuper Henricus polgius, Jacobus ainardus, et bonus iohannes de marentino notarius Cives taurinenses pro se se predictam concordiam et amiciciam actendere promiserunt et juraverunt et quod operam dabunt bona fide quod comune et homines taurini hoc idem jurabunt.

Dominus Ottobellus pascalis civis mediolanensis potestas montis calerii nomine et vice comunis montis calerii volens comune et homines montiscalerii in eadem concordia et amicicia fore predictam concordiam et amiciciam et pacta et conventiones ibidem appositas attendere et observare promisit et juravit et quod faciet et operam dabit cum effectu bona fide quod comune et homines montiscalerii hoc idem jurabunt et predictam concordiam et amiciciam perpetuo observabunt. Insuper Mainfredus judex, Castagnus de Romano judex, ubertus garronus, Johannes marchoaldus, Soçius de Romano, Albricus trunna, Otto de fulçero, Advocatus de tropharello, Nicholetus judex, Johannes vasconus et Palmerius notarius omnes de monte calerio pro se se predictam concordiam et amiciciam attendere promiserunt et juraverunt et quod operam dabunt bona fide quod comune et homines montiscalerii hoc idem jurabunt, et inde plures carte ut supra fieri rogaverunt. Actum est hoc in monte calerio, In domo Jacobi

de purpure in qua manet potestas montiscalerii, interfuerunt testes rogati dominus Robaldus vicecomes miles potestatis astensis, Dominus Guiotus de oso Judex potestatis montiscalerii, Bertholotus rusignolius et Obertinus fulcus cives taurini et Lantelmus paschalis filius potestatis montiscalerii. Insuper eodem die Johannes carmeta et Jacobus dudol cives taurini qui sindici erant constituti sicuti et alii predictam concordiam et amiciciam nomine et vice comunis taurini attendere et observare promiserunt et ad sancta dei evangelia manu propria iuraverunt hoc addito in eodem sacramento quod operam dabunt cum effectu bona fide quod alii universi homines taurini hanc eandem concordiam et amiciciam attendere et observare perpetuo jurabunt.

Eodem Anno die mercurii XII kal. augusti. In Aste in ecclesia sancti Johannis, Presentibus testibus domino Robaldo vicecomite milite potestatis astensis, Johanne vala, Nicoleto Judice et Palmerio notario et pluribus aliis, Coadunata credencia civitatis astensis ad campanam pulsatam omnes infrascripti de dicta credencia nomine et vice comunis astensis predictam concordiam et amiciciam in omnibus et per omnia secundum quod in instrumentis inde factis continetur attendere et observare promiserunt et ad sancta dei evangelia juraverunt et dabunt operam cum effectu quod alii universi homines de aste dictam concordiam et amiciciam attendere jurabunt et perpetuo observabunt, In primis Guillelmus crivellus, Rollandus de c omentino, Willielmus cerrutus, Mascarus de solario, Rufinus boçius, Jacobus... de sibona, Raimundus de solerio, villielmus cassenus, Willelmus cicat, villelmus bertramus, Jordanus de rualvengo, Gribaldus faletus, Raimundus palidus, Philippus palidus, ubertus macaluffus, Henricus senestrerius, Maiofredus de fossato, Rodulfus bucanigra, Rufinus arancaboscus, Albertus crivellus, Guillelmus pogeis, Jacobus de moneta, Rufinus de ripa, bonifacius ciala, Willelmus tererius, Obertus gula, Philippus Thomas, Ogerius culonus, Rufinus asinarius, Oddo bulla, Ottolinus de grasano, Rainerius troia, opizinus ...... ulfus de Janua, Berardus garetus, Rufinus catanius, Albertus gallia, Alerius rubus, Alexius mignonus, Rollandus balbus. Capanus laurentius, Jacobus de fossato, Rufinus copa, berardus capuzius, Henricus dux, Wilielmus baldracus, Pepinus de beccariis, Rollandinus cinco, Henricus de beccariis, Johannes de aracio, Obertus de aste. Guillelmus careoçius, Turellus brignonus, Jacobus judex de fossato. Jacobus cassenus, Rollandinus laiolius, Johannes ypolitus, Opizo brunus, Nicholaus peria, Rollandus rastellus, Gandulfus aicardengus, Jacobus falzonus, villelmus alferius, Sorleonus maronus, boiamundus ottinus, Milo torellus, Willelmus de vivario, Girardus iosbertus, Germanus soldanus, Jacobus calcaneus filius petri calcanei. Duniotus nigerbonus, Guillelmus cargia, Jacobus de valfenaria, Gandulfus monacus. Guillelmus palasius, ubertus de caçalupa judex. Jacobus monçanus, henricus turellus, villielmus de antegnano, Obertus gardinus, Soçius de sancto Julio. Astexanus grassus, henricus ginonus, boço gardinus, Gribaldus asinarius, Robaldus scalia, Mainfredus monacus, Oddo vacha, Jacobus monacus, Mussus de curia. Jacobus calcaneus, Jacobus de beccaria, Conradus crivellus, Obertus de antegnano. bariotus de sancto Johanne, Manfredus bovetus, boiamundus baldisserius, Guido sanctus, Petrus calcaneus, Rodulfus laiolius, Arducius de baenis, Jacobus de occa. Alionus scarampus, Oddo de XL, Nicholaus prevengus, opiço de platea, Willelmus trossellus, Philippus durcus, Rachivellus sinistrarius, Jacobus prevengus, Baialardus berardengus, Paulus turrellus, gandulfus de vivario, Oddo galellus, Jacobus laiolius. bonus infans de vallefenaria, Ardicio de curia. et Ego Bonusiohannes dictus di Marentino Notarius hiis omnibus interfui et hanc cartam ut supra fieri rogatus scripsi.

(E membrana archetypa tabularii municipii Montiscalerii).

1014. *Ravarinus Bellotus Cremonensis, Astensium potestas, civitatis nomine Uberto Episcopo fidelitatis juramentum praestat.* 1237. 16 augusti [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo tricesimo septimo, Indicione decima die dominico decimoseptimo kalendas septembris. Coram testibus infrascriptis dominus Ravarinus [2] bellotus de cremona potestas Astensis congregata concione astensi ad sonum campane in platea Sancti Secundi astensis secundum consuetudinem Civitatis Astensis fecit et iuravit fidelitatem Astensi Ecclesie et domino Uberto divina miseratione Astensi episcopo et suis catolicis successoribus nomine Comunis Astensis. Tenor cuius fidelitatis talis est. Ego Ravarinus bellotus de cremona potestas astensis iuro ad sancta dei evangelia quod dum fuero Rector Comunis Astensis per me et per comune astense ero fidelis astensi Ecclesie et domino Uberto Episcopo astensi et suis catholicis successoribus, possessiones et

(1) Monumentum hoc memorarunt Molina l. c. vol. II pag. 206, Grassi l. c. vol. I pag 155.
(2) In hoc monumento nomen potestatis clare legitur Ravarinus, Ravaninus contra in monumento 1016.

iura quas vel que possidet vel possidi contigerit (?) bona fide et sine fraude tamquam vassallus domino pro posse meo et comunis astensis salvabo et deffendam manutenebo per me et per comune Astense nec dabo consilium vel auxilium per me vel Comune Astense ut amitatur seu diminuantur et dabo consilium tamquam vassallus pro posse meo et Comunis Astensis et consilium bona fide et sine fraude ut amissa et diminuta recuperentur exceptis hijs que tenentur a comuni astensi nec ero in consilio quod Astensis Episcopus amittat suam vitam vel membrum vel quod detineatur contra suam voluntatem. Item non tractabo nec ero in consilio ut tractetur per me vel per comune Astense malum Astensis Ecclesie et episcopi et si sciero per me et per comune Astense impediam sive disturbabo ne fiat et si non potero disturbare per me vel per comune astense certificabo astensem ecclesiam et episcopum vel suos nuncios quam cicius potero, Consilium si fuerit a me requisitum ab Astensi Ecclesia vel episcopo per se vel suos nuncios per me et comune Astense bona fide et sine fraude secundum quod michi melius iustum (*sic sed legendum* visum) fuerit ad utilitatem Astensis Ecclesie et episcopi dabo et nullum ad dapnum suum pandam, Credenciam michi manifestatam ab Astensi Ecclesia vel episcopo vel per suos nuncios sive litteras suas nulli pandam per me vel per comune astense ad dampnum Astensis ecclesie vel episcopi, hec et alia que continentur in fidelitate, iuro per me et comune Astense bona fide observare, loca Astensis Ecclesie contra Astensem Ecclesiam et episcopum non minuam nec eis deffendam per me vel per comune Astense loca et munitiones quas tenet comune astense ab astensi ecclesia per me et per comune astense quocienscumque voluerit Astensis Ecclesia et episcopus astensis garnita seu scarita eis non vetabo. Actum Aste in mercato Sancti Secundi Astensis in publica concione Interfuerunt testes dominus Guillelmus de castagnolis, dominus Bayamundus, dominus Conradus de laureto, Dominus Manfredus de Gorzano, Canonici Astensis Ecclesie, dominus Albertus de catena canonicus Sancti Secundi, Guillelmus baracus de Castronovo clericus, homodeus gallus, Mainfredus carena, Jacobus mancianus et Astexanus Andergus et graxotus.

Et Ego Girbaudus de valperto notarius palatinus interfui et sic scripsi.

(E *Libro viridi* astensis Ecclesiae fol. 76).

1015. *Episcopus praecipit astensi municipio, ut auxilium suppeditet contra Cuneates, qui Morocium aggressi sunt et Morocienses Cuneum transferre cupiunt.* 1237. 16 augusti ([1]).

Anno domini Millesimo ducentesimo tricesimo septimo Indicione decima die dominico decimoseptimo kalendas septembris. Coram testibus infrascriptis dominus Ubertus episcopus astensis divina miseratione precepit domino Ravanino belloto de Cremona potestati astensi ibi incontinenti facta fidelitate et comuni astensi in publica concione per campanas secundum consuetudines Civitatis astensis congregato sub debito fidelitatis quo sibi et Astensi Ecclesie sunt astricti ut ipsum Episcopum et astensem Ecclesiam et terram Astensis Ecclesie debeant adiuvare et deffendere a comuni et ab hominibus de Cuneo et specialiter locum Morocij cuius loci homines Comune de Cuneo compellit ire ad habitandum in loco Cunei derelicto loco Morocij et terram astensis Ecclesie perditam adiuvent ad recuperandum secundum quod Astensi Ecclesie sunt astricti. Actum ast in platea sancti Secundi astensis in publica concione, Interfuerunt testes dominus Albertus de catena canonicus sancti Secundi, Guillelmus barracus, homodeus gallus. Et Ego girbaldus de Valperto notarius palatinus interfui et precepto dicti domini episcopi sic scripsi.

(E *Libro viridi* astensis Ecclesiae fol. 76).

1016. *Astae potestas praecipit ut, quae homines Thomae, Sabaudiae comitis, contra Segusii abbatis fidejussionem Montiscalcriensibus praedati sint, eisdem reddant.* 1245. 29 maii.

Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto Indictione tercia die lune tertio kalendas madii, Dominus Jacobus zacius astensis potestas nomine comunis astensis et voluntate credendariorum prime et secunde credencie et rectorum societatum per campanam more solito congregate precepit domino Jacobo de fossato judici ut deberet dicere pro se et dicto comuni domino thome de sabaudia

(1) Monumentum hoc memorarunt Molina l. c. vol. II pag. 207, Grassi vol. I pag. 155.

comiti presente fratre suo domino Comite Amedeo et domino Bonefacio marchione montisferrati in conscilio secreto comunis astensis Quatenus ipse dominus Thomas debeat (restituere) vel facere restituy ab hominibus suis comuni et hominibus montiscalerii predam ablatam per homines suos illis (de) montecalerio Eo quod fuit ablata sive capta sub fidancia data per Abbatem seccusie vicarium ipsius domini tunc temporis in terra quam habet citra montes et per dominum Qualiam de gorzano quondam, et quam fidanciam dedit dictus Abbas et dictus dominus Qualia domino Guillelmo cani et aliis quampluribus sapientibus Civitatis astensis nomine et vice comunis montiscalerii et de qua preda dictus abas et alii milites et homines qui erant in servicio dicti domini Thome ad instanciam ambaxatorum comunis astensis restituerunt quasdam bestias bovinas et quia dictus dominus thomas in responsione quam fecit pluribus ambaxiatoribus comunis astensis pro comuni astensi dedit intelligere eis quod si illi de monte calerio possent probare per testes quod illa preda fuerit sub fidancia capta quod volebat facere de ea plenam restitucionem, dixit ei iamdictus dominus Jacobus pro parte dicti comunis quod paratus erat potestas facere testificari pluribus sapientibus et nobilibus Civitatis astensis quod dictus abbas dederat fidanciam supradictam et dominus Qualia quondam dicens verba pro eo potestati et comuni astensi quousque contramandaretur per ipsum abbatem per litteras suas et post mandatum per octo dies. Rogans ipsum insuper dictus Jacobus ut debeat stare contentus dicto solo sapiencium Civitatis astensis amore dicti comunis qui noverunt de dicto negocio veritatem, alioquin obtulit ei pro parte dicti comunis et potestatis quod paratus erat potestas cum sacramento pluribus sapientibus de ipsa fidancia data ut supra dictum est facere dicere veritatem ut adimpleatur responsio iamdicti...... sicut eam fecit pluribus paribus ambaxatorum comunis astensis, Et predicta omnia fuerunt dicta per........ presentibus ambaxiatoribus montiscalerii silicet Manfredo Iudice et Garronino. Actum Aste...... comunis ubi conscilia celebrantur, Testes dominus Guido de sancta mustiola judex potestatis et dominus Cursus sedacius judex rectoris et dominus berardus de solario clavarius. Et Ego Germanus musa notarius palatiuus interfui et iussu dicti potestatis requisicione iamdictorum ambaxiatorum montiscalerii sic scripsi.

(E membrana archetypa tabularii Montiscalerii).

1017. *Jacobus a Carretto, Savonis marchio, aedibus excitandis, Astae praedium emit.* 1250. 5 julii.

Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo Indicione octava die quinto Julii in presencia domini mayfredi......... petri frandi, henrici de rocha, alberti de castellariis antonii........ testium ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum Jacobus de Gorzano filius Conradi (Girardi?) rubei quondam Civis Ast vendidit et ex causa vendicionis concessit domino Jacobo de Careto Marchioni Saone staria sex terre jacentis in territorio civitatis ast juxta burburem cui coherent domus fratrum minorum, beale burburis et dictus Jacobus de Gorzano a duabus partibus quam quidem vendicionem fecit dictus Jacobus de Gorzano precio librarum cxx, Januensis monete de quo precio predictus venditor fuit confessus se integram solucionem a predicto domino Jacobo Marchione recepisse, exceptioni non numerate pecunie renuncians, cujus terre possessionem vacuam et corporalem voluit dictus venditor predictum dominum Jacobum emptorem apprehendere posse quandocumque voluerit, et ex nunc ipse venditor predictam terram emptam constituit se possidere nomine predicti domini Jacobi Marchionis emptoris donec ex ea corporalem aprenderit possessionem. Quam terram venditam ipse Jacobus de gorzano venditor eidem domino Jacobo Marchioni emptori ab omnibus personis deffendere et exspedire promisit, alioquin omne dampnum evictionis et interesse eidem contingens integre restituere promisit sub obligatione omnium bonorum suorum. Pacta vero et convenciones in hac vendicione facta fuerunt inter predictum Jacobum de Gorzano ex una parte et predictum dominum Jacobum Marchionem ex altera, ad invicem stipulacione firmata in hunc modum, videlicet, quod ipse Jacobus de Gorzano in predicta terra vendita, et in hedifficiis que predictus dominus Jacobus Marchio faceret fieri in predicta terra vendita, stare debeat et potest, tenendo domum, que ibi fieret, ornatam et paratam utensilibus et culcitris necessariis ad hospitandum in ipsa domo sufficienter ad opus domini Marchionis et ejus familie; et quandocumque ipse dominus Marchio vel aliqui de ejus familia vellent intrare et hospitari seu habitare in predicta domo que fieret supra dictam terram, tunc dictus Jacobus de Gorzano incontinenti teneatur exire de predicta domo et permittere ipsum dominum Marchionem

vel ejus heredes vel ejus familiares stare et habitare ibidem et uti utensilibus et culcitris ibidem habitis donec ibi steterint ad eorum voluntatem. Et semper postquam dictus dominus Marchio vel ejus heredes vel ejus familia recesserint de ipsa terra et domo, liceat ipsi Jacobo de Gorzano stare et habitare in predicta terra et domo dum tamen semper expediat ipsam ipsi Marchioni vel ejus heredibus vel ejus familiaribus quociensсumque in eam intrare stare vel habitare seu hospitari voluerint ad eorum voluntatem; et quociensсumque predictus Jacobus veniret in Ast, predictus Jacobus de Gorzano teneatur et debeat ipsi domino Marchioni dum ibi steterit pro expensis ipsius Marchionis usque in quantitatem librarum cc astensium manullevare, quas post mensem unum a die manullevacionis ipse dominus Jacobus Marchio eidem Jacobo de Gorzano semper ad suam voluntatem rendere et solvere debeat usque in quantitatem quam ei manullevaverit; et nisi predictus dominus Marchio statim post mensem rendiderit ipsi Jacobo de Gorzano illud quod ei manullevasset non teneatur deinceps ipse Jacobus de Gorzano aliquid manullevare ipsi domino Jacobo Marchioni donec eidem rendidisset totum illud quod ei manullevasset; et quociensсumque dictus Marchio de manullevacione satisfecisset ipsi Jacobo de Gorzano, teneatur ipse Jacobus de Gorzano pro exspensis manullevare ipsi Marchioni usque in predictam quantitatem ut predictum est, et ipse Marchio semper teneatur rendere quod manullevasset ut predictum est. Item si contingeret ipsum dominum Jacobum Marchionem vendere velle predictam terram seu domum cum edifficiis, teneatur ipse dominus Marchio ipsi Jacobo de Gorzano ipsam terram cum hedifficiis vendere minori precio quam alteri persone videlicet dimitendo centum libras astenses ipsi Jacobo de Gorzano de precio quod ab aliqua persona in predicta terra domo et edificiis dare vellet; et si contingeret ipsum Jacobum de Gorzano tali modo nolle recipere vendicionem predicte terre domus et hedifficiorum, tunc liceat vendere ipsi domino Marchioni predictam terram et hedifficia cui voluerit ad voluntatem ipsius Marchionis, et ex illo precio quod ipse dominus Marchio de predicta terra et hedifficiis reciperet, teneatur ipse dominus Marchio dare et solvere ipsi Jacobo de Gorzano libras L astenses. Et si forte contingeret ipsum Jacobum de Gorzano nolle stare et habitare, ut predictum est, in predicta terra et domo et nollet predicto Marchioni servare et attendere convenciones predictas, ut supra scriptum est, vel aliquam ipsarum convencionum, tunc liceat ipsi domino Marchioni ad suam voluntatem in ipsa terra et domo que ibi fieret alium inponere habitatorem, remoto ipso Jacobo de Gorzano, qui habitator ipsam domum et terram ornatam teneat et custodiat ipsi domino Marchioni sine contradicione dicti Jacobi de Gorzano. Actum Ast in domo fratrum minorum. Et ego Laffrancus pallacii notarius hiis interfui rogatus et scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1018. *Thomas sabaudus suo et Blanderatis comitis sociorumque nomine cum potestate Astensi Astae nomine, Augustae Taurinorum etc. inducias paciscitur.* 1257. 17 novembris (1).

Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, Indictione quintadecima die sabbati XVII Intrantis novembris. In Carmagnolia Coram porta Castri, Testes dominus Jacobus de Carreto, dominus Thomas marchio Saluciarum, Umbertus de Saysello, Umbertus de montemeliano, et dominus oddo de fulgure et plures alii, quorum presencia dominus Thomas de Sabaudia comes pro se et Comite Manuello de blandrato et omnibus aliis de sua parte et eorum juratis ex una parte, et dominus Jacobus çhaçhius potestas Astensis nomine ipsius comunis et pro ipso comuni et pro comuni et hominibus Taurini et districtus eorum et pro dominis et hominibus de ploçascho et pro omnibus de parte Astensium et juratis eorum inter se se ad invicem promitentes et stipulantes juraverunt ad sancta dei evangelia firmas et inviolatas habere et tenere Treugas concessas et ordinatas et datas et juratas inter se se ad invicem pro se et suprascriptorum nomine de quibus treugis concessis dicto comiti de Sabaudia et Comiti Manuello per comune Astense apparent instrumenta scripta per Melanum grillum notarium hoc eodem anno et indicione die veneris nono mensis novembris, de Treuga vero data et jurata per predictos Comites Thomam et Manuellum pro se se et eorum parte apparet instrumentum factum per me jacobum spallam notarium hoc anno eodem et indicione die lune XII intrantis novembris, Hoc addito et acto expressim inter predictas partes ad invicem pro se et suprascriptorum no-

(1) Monumentum hoc memoravit Cibrarius in *Storia della Monarchia di Savoia* vol. II pag. 91 et L. Wurstemberger compendiavit in opere, cui titulus est *Peter der zweite. Graf von Savoyen. Markgraf in Italien, sein Haus und seine Lande*. Bernae et Tiguri 1858 vol. IV, *Probationes historiae Petri secundi* pag. 237 n. 473.

mine quod si quod dampnum vel offensa ab aliqua parcium vel ab aliqua persona seu personis ipsarum parcium universaliter vel singulariter datum vel factum aut data vel facta fuerit alteri parti vel alicui ipsius partis quod illud dampnum et offensa debeat emendari et restaurari illi vel illis cui vel quibus datum et data vel factum vel facta foret infra mensem postquam constiterit de dampno et offensa cum dampnis et expensis, Nichilominus treuga durante et in sua permanente firmitate, hoc eciam insuper expressim acto inter predictos et intellecto expressim per ipsos quod quamvis dampnum vel offensa daretur seu fieret ab aliqua parte vel ab aliquibus partibus supradictis ut supradictum est nichilominus aut tardius procedatur ad complementum pacis et concordie et ad expedicionem personarum et rerum Astensium et eis adherencium et Castrorum et obsidum dicti Comitis prout tractatum est inter eos et in omnibus aliis sicut tractatum est inter eos. Item eciam actum est inter ipsos quod si dominus Thomas Comes predictus sic fecerit et curaverit cum effectu quod dominus phylipus lugdunensis electus et dominus Petrus de Sabaudia fratres eius si ipse dominus petrus fuerit citra Rodanum confirmaverint infra annum novum proximum ambo vel saltim dominus Electus predictus si dictus dominus Petrus non esset citra Rodanum pacta et conveciones omnes et singulas et tractata habitas inter ipsum Comitem vel suos nuntios ex una parte et Comune Ast ex altera quod ex nunc dicte treuge prorogate sint et firme permaneant usque ad Carnisprivium vetus proximum et per dies quindecim ultra de contramando et ita inter se se ad invicem stipulantes attendere et observare promiserunt. Et ego Jacobus spalla notarius palatinus interfui et sic scripsi.

Ego Michael secusiensis et sacri imperii notarius hiis omnibus interfui et subscripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1019. *Epistola Segusii abbatis ad Philippum sabaudum, Lugduni archiepiscopum, ut pacem Thomae comitis cum Astensibus confirmet et a Petro fratre, Sabaudiae comite, confirmandam curet.* 1257. 17 decembris (1).

Anno domini millesimo ducentesimo quinquagessimo septimo Indicione xv$^{a}$ die lune xvii mensis decembris. Viro nobili et discreto et in deo quamplurimum reverendo domino Archiepiscopo lndoniensi Jacobus dei gratia abbas secuxie in deo et mundo reverentiam cum honore. Simus tractatus pacis et concordie voluntate nobilis Thome de Sabaudia Comittis fratris vestri inter ipsum ex una parte et astenses ex alia noviter esse factos qui inter ipsas partes hunanimiter sunt jurati, sicut aparet per publica instrumenta facta ut dicitur per manum (michaelis) de secuxia notarii et qui tractatus a principio ex parte dicti nobilis Comittis exierunt et qui sunt de honore suo et comodo et suorum omnium amicorum et quos scimus similiter astensibus complacere cum de eorum sit voluntate habere dicti Comittis concordiam et Comittatus sabaudie sicut solent: que quidem concordia si fuerit etiam dampnosa quam concordiam et tractatus ex pacto vos et dominus petrus de sabaudia frater vester debetis plenarie confirmare et ante quam astenses ambaxatores mittant instanciam eisdem ipsam confirmationem demandare, Qua propter discretioni vestre humiliter supplicamus quatenus dicta confirmatio vobis placeat facienda et ipsis astensibus sicut debet tiranno(?) similiter transmittenda nec vos nec dictum Comittem moveat verba dicto tractatui adiuncta de expensis et dampnis in ipsis castris factis quia scimus firmiter quod astenses de expensis competentibus stabunt taciti et contempti, de dampnis vero fecerunt mentionem propter grangiam villefranche quam dirruerunt propter guerram ne noceret castro villefranche dubitantes quia de ipsa grangia dominus Thomas comes fecerat multa verba et si de dampnis deberet restitutio fieri pro uno in centum astenses in eorum rebus et suis negotiis sunt dampnati, Unde pro deo et amore vestro et nepotum vestrorum et pietatis ostagiorum intuitu placeat vobis dicta concordia et sicut tractatum est velitis ipsam omnimode confirmare, Ita quod Astenses sperare possint et debeant quod vobis placeat nam super ea aliter aliquam fiduciam non haberent, Scientes quod quia tot et tanti tractatus facti sunt inter ipsos et vos et fratres vestros de quibus ad huc non venit aliquis ad effectum sunt dicti astenses super ipsa concordia quasi penitus desperati et si ista remanserit quod deus nolit cum ipsa sit per fratrem vestrum tractata primitus super aliqua alia que tractari a modo possit modo aliquo fiduciam aliquam non habebunt et nos et nepotes vestros et obstagios pro mortuis reputetis quia in tanta desperatione sunt Astenses pro iniuriis et obliquis ultramontes eis factis quod tam eorum prexonerios quam res suas iam quasi pro nichilo

(1) Hanc epistolam memorant Cibrarius op. c. vol. IV pag. 91 et Wurstemberger op. c. l. c. n. 475.

posuerunt et si presens pax et concordia eis non fuerit observata et sicut tractatum est confirmata presonerios suos mortuos et res eorum amissas penitus reputabunt et nunquam amplius in aliqua sperabunt concordia facienda. Vestra nobilitas insuper non ignorat quod quousque dicta confirmatio per vos dictis astensibus transmissa et quod a vobis aliquam habueriut fiduciam quod dicta concordia scit vobis gratuita et accepta nos et nepotes vestri seu obstagii aleviati in aliquo non erimus nam adhuc credere non possunt quod pax ista eis sit observata quia tot et tanti tractatus facti et habiti inter vos et ipsos fuerunt tam diversi mode dictis astensibus transmutati, et quia sigillum non habemus vobis predicta per publicum instrumentum intimamus ut credatis firmiter et de ipsis nobis vestra voluntas maneat manifesta. Actum Ast in domo domini Raymundi pellete in qua moratur predictus dominus abbas, Interfuerunt testes dominus (Jacobus) pelleta, Rollandinus garretus, maynfredus pochetinus. Et ego henricus fornarius notarius palatinus interfui et predictum instrumentum (precepto) dicti domini abbatis sic scripsi.

....... nun)quam erimus aleviati nos prius predictam pacem confirmaveritis seu per vos erit firmata .......... usque quo predicta fuerint confirmata et suos captos qui sunt ultramontes erunt aleviati ......... non credatis alicui qui vobis aliter dixerit.

(E regio taurinensi tabulario).

1020. *Apocha nummorum ab Astensibus Nigellae nummulariis praebitorum atque pro rebus male acquisitis absolutio nomine summi pontificis.* 1258. 6 julii.

Anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo. Indictione prima die sabbati sexto intrantis Julii. In presentia testium infrascriptorum, Dominus Jacobus pelleta tutor filiorum Oberti fratris eius quondam videlicet franceschini, Ardicionis, Oliverii, Alexandrini et Rollandini, ut patet per instrumentum inde factum a Guillelmo de monteogerio notario, In anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, Indictione prima die martis secundo mensis Julii, nomine ipsorum minorum, et Perzevallus cacayranus asserentes dictus Jacobus predicto nomine et dictus percevallus quod ille libre sexcentum et quadraginta parisiensium quas domina Andrea uxor Jacobi de antegnano quondam nunc soror monasterii sancte Agnetis Astensis de ordine sancti Damiani habuit et accepit de denariis Casane quam habebant Obertus pelleta quondam pater dictorum minorum et dictus perzevallus cum dicto Jacobo de antegnano ultra montes in loco Nigelle et omnia alia que ipsa Andrea habuit in dicta vel de dicta Casana erant et fuerunt predicti oberti pellete quondam propria pro quatuor partibus et dicti percevalli pro quinta parte, fuerunt confessi sese nominibus predictis de predictis omnibus a predicta domina Andrea plenam habuisse et recepisse restitucionem et satisfacionem vocantes inde sese solutos et quietos, Renunciando exceptioni non numerate et non recepte pecunie. Et promiserunt eidem Andree stipulanti suo nomine et nomine monasterii sancte Agnetis astensis in quo dedicata est et inclusa decetero ipsam vel dictum monasterium de predictis vel occasione predictorum non appellare requirere vel molestare sub aliquo ingenio, Set pocius ipsam et dictum monasterium de predictis omnibus ab omni persona defendere et conservare indempnes si contingeret ipsam vel ipsum monasterium proinde ab aliquo conveniri vel aliquatinus molestari offerentes sese in omni causa questione et judicio defensioni predictorum Andree et monasterii expensis propriis et solvere quicquid contra ipsam Andream vel dictum monasterium foret occasione predicta modo aliquo iudicatum seu pronunciatum, Alioquin promiserunt dictus dominus Jacobus nomine predicto et dictus perzevallus suo nomine eidem Andree suo nomine et nomine jamdicti monasterii Restituere omnes expensas dampnum et interesse que et quas proinde facerent incurrerent vel sustinerent eundo redeundo causa judicio aut alio modo, et credere eidem Andree suo nomine et dicti monasterii seu alii pro ipso monasterio de quantitate expensarum et dampnorum et interesse in simplici verbo ipsorum sine sacramento et sine probacione aliqua, Et predicta promisit dictus dominus Jacobus nomine predictorum nepotum suorum pro quatuor partibus et dictus perzevallus suo nomine pro quinta, et pro hiis omnibus attendendis observandis et complendis dictus dominus Jacobus bona omnia dictorum minorum et dictus percevallus sua propria eidem domine Andree suo nomine et predicti Monasterii pignori obligaverunt, Et quia dicta domina Andrea de hiis que habuerat de predicta Casana de bonis predictorum Oberti pellete quondam et percevalli pro dictis partibus et de dampno eis ibidem ab ea illato tot consumpserat quod non sufficiebat restitucioni omnium aliter consignavit eis predictis nominibus et pro dictis partibus dedit et concessit totam dottem suam et jura ipsius dottis ad voluntatem eorum, Qui predictis nominibus et partibus predictam dottem et iura ipsius dottis dederunt et cesserunt

domine Aldisie Abbatisse dicti Monasterii sancte Agnetis nomine ipsius Monasterii pro restitucione *male acquisitorum incertorum* dicti Oberti pellete quondam et ipsius percevalli a quibus frater Obertus de vivario Guardianus fratrum minorum astensium auctoritate domini pape quam super hoc specialem habebat ut confitebatur absolvit animam et filios dicti oberti et dictum percevallum usque in quantitatem dottis predicte. Actum Ast in Ecclesia sancte Agnetis, Interfuerunt testes frater Anselmus rebuinus et frater Rodulfus de Incisa de ordine fratrum minorum et petrus de Arazio et frater Jacobus sicardus. Et ego Jacobus spalla notarius palatinus interfui et sic scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1021. *Astense municipium statuit non recedendum esse a bello cum Provinciae comite, donec ditionem episcopo sublatam restituerit et pacem cum eo composuerit.* 1262. 8 februarii.

Anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, indicione quinta die mercuri octavo mensis februari in presencia infrascriptorum testium. Dominus Raynerius de burgo potestas Astensis precepit michi infrascripto notario facere cartam de infrascripta refformatione conscilij cuius tenor talis est. Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo secundo indicione quinta die martis septimo mensis februarii dominus fornarius carexetus iudex domini Raynerij de burgo potestatis Astensis celebravit conscilium utriusque credencie et Rectorum societatum more solito, In refformatione cuius consilij placuit omnibus nemine discrepante quod per Consilium civitatis astensis statuatur et fiat et ex nunc firmum sit quod per comune astense nulla pax vel treuga seu pactum fiat vel aliqua treuga facta reffirmetur per Comune Astense vel per alium pro comuni cum Comite provincie vel cum aliquo pro eo quousque ipse comes restituerit ipsi domino episcopo terram quam habet de terra ipsius episcopi et fuerit in concordia cum ipso domino Episcopo, Et quod per Comune Astense iniungatur ambaxatoribus qui ituri sunt ad comitem provincie quod faciant et procurent sic quod non faciant aliquod pactum cum ipso comite nisi terra ipsius domini episcopi ipsi domino episcopo prius fuerit restituta ad voluntatem ipsius domini episcopi et cum eo esset concordatus. Actum Ast in domo bergogninorum ubi potestas moratur. Testes Rodulfus de casteglolis et dominus Jacobus de sulberico.

Et Ego petrus Silvanus notarius palatinus interfui et iussu dicti potestatis sic scripsi.

(E *Libro viridi* astensis Ecclesiae fol. 75 recto).

1022. *Canon duarum quotannis coenarum, earumque descriptio.* 1266. 20 octobris.

Anno domini millesimo CCLXVI. Indictione VIIII^a^, die mercurii XX mensis Octobris. In presencia testium infrascriptorum, Quoniam legalitas hominum in multis casibus aprobatur Idcirco michael coparinus et Ansermus fuacia de govono volentes obedire ut tenentur mandatis et monitionibus domini Pancie de solario tanquam domino suo in presencia domini laurengi buzentauri Judicis et vicarii domini Guillelmi de Sancto nazario potestatis astensis ad instanciam et requisitionem dicti domini pancie confesi fuerunt predicti michael coparinus et ansermus fuacia quod ipsi sunt homines censuales dicti domini pancie et quod ipsi redunt et redere debent omni anno inperpetuum nomine ficti dicto domino pancie et heredibus suis duos prandios duobus hominibus supra omnia bona sua presencia et futura que bona presencia sunt hec. Primo peciam unam terre et prati ad cassellos, Item peciam unam terre ad mortum. Item aliam peciam terre ibidem, Item aliam peciam terre justa rivum mayrani, Item aliam peciam terre ad cunium, Item aliam peciam terre in ansisio, Item ibidem aliam peciam terre, Item peciam unam terre ad clausum, Item peciam unam terre ad sanctum Johanem, Item peciam unam sediminis cum edifficio et ayrali in mayrano, Item peciam unam terre ad rivum mayrani, Item aliam peciam terre in rialdo, Item aliam peciam terre in gereto et sunt dicte terre jornatas XXXIIIJ et plus. quas terras et possessiones et omnia bona sua confesi sunt dicti michael et ansermus tenere et posidere nomine fictus a dicto domino pancia ut superius est jam dictum, que prandia dare et solvere debentur per modum qui sequitur videlicet anno quolibet in mense januarii unum ex dictis prandiis et in mense madii subsequens alium prandium et in quolibet prandio dicti michael et ansermus ac heredes ipsorum et habentes causam ab eis tenentur dare dicto domino pancie et socio quem duxerit secum in dictis prandiis, primo unum citronum pro quolibet, Item libras duas carnis porchinis frisci pro quolibet homine qui fuerit in mensa ubi erit dictus dominus pancia vel habens causam ab eo cum ciceris albis una paraside pro homine. Item unum caponem rostitum pro homine quolibet,

Item salsas competentes dictis cibis. Item sex castaneas et unum pomum paradisij pro qualibet persona. Item panem album quantum poterint comedere et vinum bonum purum et nitidum quantum poterint bibere et omnia supra mantile album et nitidum serviantur quod nisi fierentur omnia in integrum ut superius est jam dictum, dictus dominus pancia et heredes sui posint et debent intrare in dictis rebus et bonis ut in rem suam sine contradictione alicuius persone. Et de predictis omnibus bonis non potest nec debet hereditare aliqua persona feminina nisi masculina si non esset de consensu et voluntate dicti domini pancie et suorum heredum. Item fuerunt confessi predicti michael et ansermus quod ipsi et heredes sui tenentur et debent recognoscere dictum fictum et omnia bona sua dicto domino pancie et heredibus suis quandocumque fuerint requisiti. Renunciantes dicti michael et ansermus exceptioni doli mali metus et in factum condicioni sine causa et ex iniusta causa et omnibus aliis exceptionibus juris et facti per quos possent venire contra predicta vel aliquid de predictis et juridicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis. Et de predictis omnibus dicte partes mihi notario infrascripto preceperunt fieri publicum instrumentum. Nos autem laurengius buzentari judex et vicarius predictus quia in presencia nostra predicta sunt confessa nostram interponimus autoritatem et decretum. Actum ast in domo palmerij calcanei et bergognorum, Testes Jacobus morandus bartholomeus aycardengus et dominus Obertus de platea. Et ego Obertus de cesijs notarius palatinus predictis omnibus interfui et jussu dicti domini Judicis ac dictarum parcium sic scripsi. Actum est inter dictos michaellem et Ansermum quod dictus michael debet et tenetur facere et solvere duas partes de dictis prandiis et dictus Ansermus fuacia terciam partem. Actum et datum anno die loco indicione et testibus quibus supra. Et ego Obertus de cesijs predictus notarius interfui et sic scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1023. *Astensis municipii concilium, quae cum marchione Montisferrati pacta fuere, confirmat nec non ejus judicium de municipii controversiis cum Thoma, Saluciarum marchione.* 1275. 30 julii (1).

Anno domini millesimo CCLXXV, Indictione tercia die XXX, Julii, Cum compromissum factum esset inter dominum Guidonem scarsum potestatem Astensem et dominum obertum spinolam capitaneum astensis populi et IIII^or^, sapientes civitatis eiusdem scilicet bertramum de comentina, thomam Alferium, manuellem Gutuerium et girbaudinum bergogninum nomine et a parte comunis ast et cuiuslibet singularis de Ast et de districtu Ast ex una parte et dominum thomam marchionem saluciarum suo nomine et cuiuslibet vassalli eius et hominis ipsius domini marchionis et cuiuslibet universitatis eius ex altera, in potentem virum dominum Guillelmum illustrem marchionem montisferrati de controversiis et questionibus omnibus et singulis inter dictas partes vertentibus et de confederacione facienda et societate inter partes predictas tamquam in arbitratorem et amicabilem compositorem, Et arbitrator predictus super questionibus quibusdam pronunciasset et etiam confederationem faciendam inter ipsas partes quibusdam pactis et condiccionibus secundum quod de compromisso et pronunciatione facta erant instrumenta per Gandillonum notarium de pinairolio scilicet per me notarium infrascriptum, hoc eodem anno mense et Indictione die sabati XX, intrante mense julii, Et post pronunciationem ipse dominus marchio saluciarum ex una parte pro se et hominibus suis et vassallis et universitatibus et predictus potestas et capitaneus predicti et quatuor sapientes Ast nomine et a parte comunis ast et omnium et singulorum Ast et de districtu Ast confederationem fecissent et societatem pactis et condictionibus quibus dominus marchio montisferrati pronunciavit esse faciendam ut constat per instrumentum a me ipso notario factum hoc eodem anno mense et indictione die XXI. julii presentibus testibus infrascriptis convocato consilio astensi more solito voce precona et sono tube in exercitu supra rippa de quaranta existentibus in ipso consilio ipso potestate et capitaneo et IIII^or^ sapientibus predictis et consiliariis qui convenerunt ibidem quorum omnium nomina infra scribuntur, exposito clare et aperte et lecto in pleno consilio audientibus et intelligentibus predictis potestate et capitaneo et IIII^or^, sapientibus et consiliariis universis ipse potestas et capitaneus et IIII^or^ sapientes et consiliarii infrascripti et maiores et iurati per quos civitas regitur omnes insimul et quilibet per se officio quo fungebantur et ipse

(1) Monumentum hoc absolvit n. 591, 592 et 593 Malabaylae Codicis, qui et pacta et arbitrium et foedus, quorum hic mentio fit, Astensium cum Saluciarum marchione continet.

potestas voluntate omnium de consilio et pro ipso comuni et ipse capitaneus pro ipso comuni et de voluntate omnium de consilio et ipsi credendarii seu consiliarii una cum ipso potestate et capitaneo et auctoritate eorum et cuiuslibet nomine et a parte comunis Ast et cuiuslibet de Ast visa et pensata cum deliberatione utilitate comunis Ast et omnium et singulorum de Ast in pleno consilio confirmavit et confirmaverunt atque ratificaverunt compromissum predictum nomine et a parte comunis et omnium et singulorum de Ast et de districtu et omnia et singula que in instrumento compromissi facti manu mei notarii infrascripti continetur et pronunciationes factas per ipsum dominum marchionem montisferrati omnes et singulas secundum quod in instrumentis factis a me notario continetur et confederationem et pacta omnia et singula et societatem predictam secundum quod in instrumento continetur predicto, Et ipse potestas et capitaneus et IIII^or^ sapientes et maiores et iurati per quos civitas regitur congregato consilio ut supra et in ipso consilio et ipse potestas cum ipso comuni voluntate credendariorum et maiorum et iuratorum et pro ipso comuni et pro ipsis et ipsi capitaneus et IIII^or^ sapientes et rectores societatum credendarii maiores et iurati per quos civitas regitur una cum ipso potestate et auctoritate ipsi et pro ipso comuni et pro quolibet singulari de Ast et de districtu per solempnem stipulationem promiserunt ipsi domino marchioni saluciarum nomine suo et cuiuslibet hominis et vassalli sui attendere et observare compromissum predictum et omnia et singula que in ipso compromisso continentur et compromissum firmum habere et omnia que in eo continentur et pronunciationes omnes et singulas et que adhuc pronunciabuntur infra tempus compromissi per ipsum arbitratorem firmas habere et perpetuo tenere et ipsam societatem et pacta in eis habita et omnia que in eis continentur et quod ipsum comune non conveniet in aliquo seu aliquibus sed curabunt et facient quod comune Ast et quilibet de Ast et de districtu ipsum compromissum et pronunciationes omnes et singulas, omnes firmas et ratas habebit et confederationem et pacta in eis adhibita, et ipsum comune Ast predicta omnia et singula rata habebit et attendet et attendi faciet a quolibet singulari de Ast et de districtu promittendo dare penam in compromisso appositam ipsi domino marchioni si non attenderetur vel in aliquo contrafieret a comuni Ast vel aliquo de districtu Ast quociens contrafieret et non observaretur. Insuper dictus potestas de consensu capitanei predicti et IIII^or^ sapientum Ast et omnium de consilio qui ibi erant per quos civitas regitur et omnes de consilio una cum ipsis potestate et capitaneo et auctoritate ipsorum et ipse potestas similiter et capitaneus auctoritatę ipsorum nomine et a parte comunis Ast et pro ipso comuni et pro quolibet de Ast et de districtu et pro successoribus suis dicentes quod predicta et infrascripta et asserentes facta erant pro utilitate comunis Ast confirmaverunt et iuraverunt attendere et quod ipsum comune omnia et singula attendet predicta et fecerunt ipse potestas nomine dicti comunis et omnium de Ast et de districtu voluntate capitanei et sapientum et maiorum et iuratorum per quos civitas regitur et ipse capitaneus et IIII^or^ sapientes, rectores societatum, credendarii infrascripti et maiores et iurati per quos civitas regitur una cum ipso potestate et auctoritate ipsius, nomine ipsius comunis et universitatis Ast et pro ipsa universitate pactum de non petendo ipsi domino marchioni et mihi notario infrascripto recipienti nomine ipsius de castro villa iurisdictione et reditibus revelli tam de proprietate quam de possessione vel quasi et de omni jure si quod universitas predicta habebat in rebus predictis vel habere videbatur et de pena si quam incidisset capiendo violenter castrum predictum et de omnibus rebus ibi captis violenter et asseruerunt predicta facta esse pro utilitate comunis Ast obligando proinde eidem domino marchioni omnia bona comunis Ast et predicta omnia et singula pro ipso comuni et quolibet de comuni et suo nomine et successorum suorum in officio et comuni iuraverunt attendere et quod ipsum comune attendet et observabit suprascripta omnia et singula. Nomina vero credendariorum sunt hec: dominus manuel pelleta, dominus drocus palidus, raymondus garretus, niger gardinus, perronus palidus, Rolandinus de catena, phylipus bergogninus, Raynerius rotarius, manfredus palidus, manfredus bertramus, Jacobus scacia, henricus de septimo, Guillelmus secundus, Jacobus vacha, bonus Johannes morus, guillelmus testa, galvagnus mignanus, Guillelmus gardinus, dominus Johannes de rippa, obertus nanus, Gandulfus pexinus, doniot de Antegnano, Jacobus alferius, poncius bergogninus, thomas asinarius, manuel agustus, Guala mignanus, petrinus de aratio, naçarius laurentius, rogerius de cruce, ubertus de monteliucio, belengerius de Ast, Jacobus galamanus, Guillelmus de castegnolis, Jacobus bulla, mayfredus de solerio, georgius thomas, bauduinetus de curia, phylippus bayardus, obertus de palatio, persavand barletus, Johannes de regina, scarampus alionus, thomas rotarius, girardus corteysius,

obertus malbecus, manuel salinarius, bertolomeus galius; Jacobinus pilus, thomas de castegnolis, phylipus bertaldus, henricus rotarius, thomas boviculus, vivaldus palidus, melanus asinarius, Jacobus saracus. georgius monacus, guirardus grasoverdus, bartholomeus alianus, conradus badea, Rollandus moralia, girbaudus pelleta, laydus testa, albertinus mançinella, provincialis de alpherio, ubertus duminus, henricus aycardengus, Jacobus porreta, rodulfus de sancto mauricio, obertinus cacayranus, aymerius de solario, thomas carpinus, thomas de fonte, Petrus pedagerius, facius caço, bonefacius de solario, obertus faletus, benetus de solario, anselmus penacius, martinus mignanus, bartholomeus de rippa, doniotus bulla, thomas faletus, fulchus caço, tayllatesta barberius, philipus pexinus, Jacobus rasparellus, alleramus bergogninus, rufinetus de rippa, rufinus tabolerius, opez asinarius, thomas de bayenis, obertarius rotarius, henricus alferius, melanus de solario, Jacobus cacayranus, açonus de curia, odo albricus, obertus corteysius, henricus morus, ubertus de sancto Johanne, bonefacius de gorçano, manuel buinius, paganus alionus, benedictus ottinus, georgius casenus, Petrus rolla, Jacobus cavaçonus, Gorbarus, maclarandus mercator, Guillelmus de montibus, Jacobus de açano. manuel fornarius, ubertus rex, Jacobus fusnellus, germanus de castillone, Jacobus de graçano, pellegrinus de montecalvo, thomas laurentius, dominus Guillelmus brunus, albricus de rippa, franciscus sarracus, Robaldinus gaynerius, Johannes pelleta, manfredus mignanus, bertinus de rocha, rufinetus de solario, peracius buchanigra, andreas layolius, henricus sarachus, naçarius Josbertus, ardicio de solario, petrinus specialis, thomas de montevetulo. baudonus de sancto Johanne, Girardus testa.

Actum hoc fuit super rippa de quaranta prope cuneum seu in posse cunei, Interfuerunt testes vocati falavellus de nonis notarius, henricus barbarinus et Jacobus latro de vigono. Et ego Gandillonus notarius de pinairolio interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1024. *Conradus episcopus astense municipium purgat ab excommunicatione in quam inciderat, quum castra et ditiones quasdam acquisivisset contra episcopi interdictum, dummodo eas intra statutum tempus restituat.* 1279. 24 januarii.

In nomine domini nostri Yhesu Christi. Anno a nativitate eius Millesimo ducentesimo septuagesimo nono Indicione septima die vicesimo quarto mensis Januarii. Actum Ast super voltis Ecclesie de dom, Coram testibus infrascriptis. In pleno et generali consilio Civitatis astensis ibidem more solito congregato per sonum campane et vocem preconis, Cum henricus de Castagneto in presencia Reverendi patris domini Conradi dei gracia Episcopi Astensis Constitutus nomine et a parte potestatis astensis ac Rectorum Societatum et Credendariorum consilij civitatis ipsius quorum Sindicus est et specialis procurator ad hec constitutus prout constat per publicum instrumentum factum a petrino morando notario hoc eodem anno die et indicione instanter peteret et humiliter supplicaret predicto domino episcopo quatenus secundum formam Ecclesie predictos potestatem, Rectores et consiliarios sive ipsum Sindicum et procuratorem nomine ipsorum a sentencia excomunicationis quam incurrerunt pro eo quod ipsi nomine comunis astensis contra tenorem precepti et constitutionis domini astensis Episcopi solempniter edite et publice promulgate venientes ut dicit ipse dominus Episcopus infrascripta Castra et loca emerunt et alijs pactionibus acquisiverunt Et ex ipsis quedam alia occupaverunt que nunc in grave dampnum Episcopatus et Ecclesie Astensis illicite detinent occupata, videlicet Castrum villam et jurisdictionem montismagni cum pertinenciis suis, Castrum Castelleti et villam, Castrum et villam laureti, Castrum et villam anterixij, Castrum et villam belvideris, Montem raynaldum, locum de sayie, Castrum et villam Cerexolarum, Castrum et villam Sumerippe de busco, locum et villam Marcellengi cum jurisdictione, Castrum et villam Gorzani, medietatem ville Castri Noni, Octavam partem Castri et ville preoche, Que omnia loca tenentur in feudum ab Astensi Ecclesia, vel alio modo, Idem dominus Episcopus absolvere dignaretur offerens se paratum predicto nomine in animas ipsorum omnium et singulorum iurare stare mandatis ipsius domini episcopi et ecclesie et eiusdem parere et obedire cum effectu monitis et preceptis que occaxione predicta sibi nomine quo supra duxerit facienda, Predictus dominus episcopus tamquam benignus pater supplicationibus et postulationibus predicti sindici et procuratoris inclinatus sub spe et intencione future relaxacionis et expeditionis predictorum castrorum et locorum et aliorum jurium Astensis Ecclesie sibi et Astensi ecclesie faciende vel satisfacionis et concordie secum proinde faciende recepto prius ibi iuramento

ab eodem Sindico et procuratore de parendo suis et Ecclesie preceptis super predictis et occasione predictorum predictam Excomunicationis Sentenciam relaxavit Et ipsum Sindicum predicto nomine et ipsos per eum pocius potestatem, Rectores et Consiliarios a predicta Sentencia Excomunicationis absolvit. Qua absolutione predicte Sentencie Excomunicationis facta predictus dominus episcopus ibidem in continenti in pleno consilio Comunis Astensis per sonum campane et nuncium comunis more solito congregato predictum Sindicum et procuratorem nomine quo supra amonuit solicite inducendo et exortando eumdem Eidemque nichilominus districte precipiendo ut ipse nomine predicto sub debito prestiti iuramenti, Et ipsi potestas, Rectores et Consciliarii usque ad festum sancti petri de junio proximo predicta Castra et loca et jurisdictiones et jura ipsi domino Episcopo nomine Ecclesie astensis libere debeant relaxare et expedire In hiis et de hijs omnibus que in predictis Castris locis jurisdictionibus et juribus et alijs omnibus predictam ecclesiam contingere videntur sive teneantur in feudum sive alio modo ab ecclesia supradicta aut infra predictum terminum cum predicto domino episcopo et Ecclesia astensi satisfatione congruenti studerentur amicabiliter concordare et convenire super omnibus et de omnibus et singulis supradictis, Quod si alterum predictorum non duxerint faciendum et adimplendum infra terminum supradictum predictus dominus Episcopus ex nunc ut ex tunc sentencialiter in hijs scriptis Eosdem potestatem Rectores et consiliarios et quoslibet et singulos eorum in eamdem Sentenciam excomunicationis reducit in qua erant occaxionibus predictis Et a qua dictus Sindicus nomine predictorum est per dictum dominum Episcopum absolutus. Insuper precepit eidem Sindico nomine predictorum sub pena predicta quod de cetero similia non attentent et feuda jura jurisditionem vel aliqua alia pertinencia Ecclesie astensi non debeant occupare accipere nec alio modo intrare sine voluntate et licencia Episcopi et Capituli et Ecclesie astensis. Interfuerunt ibi vocati et rogati testes dominus Iohannes iudex domini pagani de lucino potestatis Astensis, petrus morandus notarius comunis Astensis, Jacobus de sancto martino clericus, frater Nicholaus de Montecalerio de ordine fratrum minorum et frater Guillelmus de rocha prior fratrum predicatorum de Ast. et dominus Octo de turri, et Magister Rolandus de cario et dominus Asterius de paziliano canonici Astenses.

Ego Lafranchus de flochis Imperiali auctoritate notarius hijs interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

(E *Libro viridi* astensis Ecclesiae fol. 75).

## 1025. *Sodalitii S. Secundi decretum.* 1282. 27 aprilis.

Anno domini millesimo ducentesimo octuagessimo secundo, Indicione decima die lune XXVII, mensis aprilis. Domini Georgius pelleta, Girardus de porta et paganus marronus Rectores societatis sancti secundi celebraverunt consilium dicte societatis per campanam et nuncium more solito congregatum super infrascriptis. In primis super eo quod requirit dominus guillelmus alionus Rector quatuor societatum nomine aliorum rectorum sociorum suorum et nomine dictarum IIII$^{or}$, societatum et nomine domini Jacobi Isnardi qui requirit quod firmetur et ordinetur per consilium predictum dicte societatis quod dominus Jacobus Isnardus deffendatur et manuteneatur per ipsam societatem Ita et tali modo quod ei fiat solucio de opere quod fecit in castro summe rippe de perno a comuni astensi ad racionem solidorum triginta quinque astensium pro quolibet miliari matonorum quos posuit et possuisse reperietur in dicto opere castri predicti, Tali modo quod eius racio fieri non possit nec facta valeat quin ipse habeat et habere debeat solucionem dicti operis ad racionem predictam et non de minori neque pro minori quantitate. Item petit et requirit quod eodem modo firmetur et ordinetur quod de opere quod fecit in castro coxani ipse dominus Jacobus solucionem habeat secundum quod facta fuit et eo modo quo facta fuit de turre que ibi facta fuit pro comuni astensi per dominum ogerium alferium et Jacobum Reverditum. Ita quod expense facte per predictum Jacobum Isnardum in dicto opere reducantur ad modum expensarum dicte turris pro rata et secundum qualitatem et quantitatem operis predicti, Ita quod si plus dictus dominus Jacobus expendidit in ipso opere illud plus reducatur pro rata ad racionem expensarum factarum in dicta turri et de predictis attendendis et observandis in favorem predicti domini Jacobi fiat capitulum speciale quod apponatur in libro capitulorum dicte societatis quo teneantur et iurent presentes et futuri Rectores ipsius societatis non obstante capitulo de capitulis comunis observandis per predictam societatem prout continetur in ipso et generaliter aliquo alio capitulo non obstante facto vel quod fieri posset. In Reformacione cuius consilii placuit omnibus uno

vel duobus exceptis quod fiat in omnibus et per omnia secundum quod in requisicione prescripta penitus continetur facto partito per Georgium pelletam predictum. Die lune predicta, Actum Ast sub voltis de dom Testes dominus guillelmus gardinus et galterius grandeta. Quorum presencia predicti dominus paganus marronus et girardus de porta Rectores predicti preceperunt michi françhono palido notario de predictis fieri instrumentum ad postulacionem dicti domini Jacobi Isnardi. Et Ego Simon sarrachus notarius palatinus predictum instrumentum abreviatum per françhonum palidum notarium dicte societatis voluntate ipsius et precepto sicut in protocollo sive cartulario dicte societatis inveni sic feci et scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1026. *Pactio ab Astensibus cum Amadeo, Sabaudiae comite, confecta.* 1290. 25 aprilis (1).

Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo Indicione tercia die martis in festo beati marchi XXV. mensis aprilis. Cunctis pateat evidenter per hoc presens publicum instrumentum quod illustris vir dominus Amedeus comes sabaudie et marchio in ytalia pro se et omnibus stipendiariis quos secum ducet ad civitatem astensem ex una parte Et nobiles et discreti viri dominus guillelmus brunus Judex et bonefacius ysnardus Cives astenses ac ambaxiatores et sindici comunis et universitatis astensis nomine et ex parte dicti comunis et dicte universitatis et de quo sindicatu constat per publicum instrumentum factum manu mei notarii infrascripti, hoc eodem anno et indicione die jovis VI° mensis aprilis ex altera parte personaliter constituti coram me maynfredo de canonica notario infrascripto et testibus infrascriptis pro faciendis hiis que sequuntur unanimiter et concorditer conveniunt et conventiones faciunt ad invicem ut inferius continetur. — In primis enim dictus dominus Comes convenit predictis ambaxatoribus et sindicis recipientibus nomine quo supra ire ad civitatem astensem ita quod ibi sit usque ad octabas festi pentecostes proxime futuri et ibi stare per tres menses et tantum plus quantum esset in concordia cum comuni Astensi nisi iusto dei impedimento remaneret et secum ducere usque ad quatuor centum homines ad arma in equis ultra illam quantitatem quam dicto comuni dare tenetur seu mitere et quos secum ducet iusta formam conventionum super hoc ante habitarum et inhytarum inter ipsum dominum comitem et comune predictum et sic attendere ut supra legitur bona fide promitit sollepni stipulacione intercedente dictus dominus comes dictis ambaxatoribus et sindicis recipientibus ut supra, — Versa vero vice prenominati ambaxatores et sindici nomine et ex parte comunis et universitatis predicte de Ast conveniunt dicto domino comiti sibi dare pro persona eiusdem domini comitis libras mille viannensium pro quolibet mensse quo erit in servicio dicti comunis astensis, Ita tamen quod tempus in eundo et redeundo computetur in hunc modum, videlicet primus mensis incipiat et incipere debeat die jovis ante festum pentecostes proxime futurum et in revertendo debet computari tempus quousque comode esse vel venire poterit apud cambariacum, — Item dicti ambaxatores et sindici nomine quo supra conveniunt dicto domino comiti recipienti suo nomine et nomine et ad partem stipendiariorum quos secum ducet in servicio civitatis predicte, dare et solvere eidem domino comiti ad opus dictorum stipendiariorum solidos decem viannensium omni die pro quolibet militte adobato et pro domicello sive scutiffero solidos octo viannensium omni die qui dies debent computari a die quo quilibet ipsorum se moverit a domo sua causa eundi cum dicto domino comitte ad civitatem astensem quousque ad domos ipsorum reversi fuerint. Et si fuerint milites vel domiçelli bandaricii duplicari debet salarium eorum et si fuerint aliqui barones qui iverint cum dicto domino comite ad civitatem predictam debet eis augmentari salarium pro personis ipsorum ultra predicta ad arbitrium dicti domini comitis et domini ottolini de mandello nunc potestatis astensis. Insuper dicto domino comitti et omnibus qui cum eo venerint debent equi eorum si quos amiserint vel dapnificati fuerint stando in servicio dicti comunis vel eundo vel redeundo emendari per dictum comune prout extimati fuerint. Quas quidem conventiones ambaxatores et sindici superius nominati nomine et ex parte dicti comunis et universitatis astensis promittunt dicto domino comitti solepniter stipulanti et recipienti suo nomine et nomine quorum supra attendere et cum effectu inviolabiliter observare et observari facere prout superius continetur, Et si predicta non attenderentur per comune predictum promituut dicti ambaxatores et sindici ut supra dicto

(1) Hanc pactionem memorat Cibrarius in *Storia della Monarchia di Savoia* vol. II pag. 211.

domino comitti stipulanti et recipienti ut supra restituere ipsi domino comitti omnes expensas et omnia dapna et interesse quas et que ipse dominus comes et stipendiarii predicti vel aliqui eorum incurrerent occasione predictorum non attenditorum de quibus quidem expensis dapnis et interesse credi debet sacramento dicti domini comitis absque aliqua alia probatione; de quibus conventionibus dicte partes preceperunt et voluerunt per me infrascriptum notarium fieri publicum instrumentum unum et plura ad postulationem dicti domini comitis et dictorum ambaxatorum, quorum istud factum est pro domino comitte supradicto. Actum in sabaudia in castro burgeti, Testes interfuerunt dominus stephanus de cresyaco, dominus nicholaus de billens legum professor, benyaminus Thomas, Galvagnus pelleta et magist.r Jacobus de sancto mauricio. Et ego Maynfredus de canonica notarius palatinus interffui et precepto ac voluntate dictarum partium sic scripsi.

(*Magnum pendet cereum numisma, equitem exhibens, prope equitis caput et iuxta marginem fractum: in quo literae* .... O CVSTO .... SE ..... *tantum supersunt dicti* sancto custode secundo : *in area vero adhuc intactae manent literae* AS, *extremae forsan verborum* potestas *vel* astensis civitas).

(E regio taurinensi tabulario).

## 1027. *Potestas ac quattuor astensis municipii sapientes Amadeum, Sabaudiae comitem, equitum multitudinem alendi onere eximunt.* 1290. 5 augusti

Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo Indicione tertia die veneris quinto augusti. Actum ast in brolio fratrum predicatorum, Testes galterius de saluciis et mayfredus de canonica notarius quorum presencia coram me notario infrascripto et testibus predictis Constituti magne nobilitatis et potentie vir dominus Amedeus comes sabaudie ex una parte et nobiles viri dominus octolinus de mandello potestas astensis et fulchus cazo, Thomas bertramus, daniel et saardus et robertus pelleta quatuor sapientes civitatis astensis ex alia proposuerunt et fecerunt dicte partes infrascripta videlicet dictus potestas nomine suo et nomine comunis astensis et predicti quatuor nomine comunis predicti, Qui predicti potestas et quatuor sapientes proposuerunt contra dictum dominum comitem pactiones et conventiones olim esse initas inter predictas partes seu procuratores vel nuncios eorundem absentes in dictis pactionibus contineri dictum comitem debere tenere seu teneri facere ad expensas suas proprias centum milites ultramontanos cum centum destrariis et centum roncinis qui deberent seu debuissent stare et morari in terra astensi vel amicorum eorundem per duos menses incohandos infra duos menses et dimidium postquam eidem domino comiti vel eius nuncio seu eius vicario generali pedemontis dictum vel denuntiatum fuerit ex parte comunis astensis vel nuncios eorundem Et asserentes dictum dominum comitem debere tenere et teneri facere singulis annis quibus debent durare conventiones et pactiones memorate per tres menses cuiuslibet anni videlicet a medio mensis madii cuiuslibet anni usque ad medium mensem augusti eiusdem anni ducentos milites ultramontanos cum ducentis destrariis et ducentis Roncinis qui ducenti milites per duos primos menses de tribus mensibus predictis scilicet a medio mensis madii usque ad medium mensem Iullii cuiuslibet anni debuissent stetisse et morari et stare et morari debeant in terra astensi vel amicorum eorundem tam pro facienda deffensione amicorum et districtibilium suorum quam pro offensione inimicorum Et per unum mensem de dictis tribus mensibus scilicet a medio mensis Jullii usque ad medium mensem augusti cuiuslibet anni durantibus dictis pactionibus debuissent stetisse et stare per tempus futurum in terra domini comitis citra montes faciendo deffensionem amicorum et offensionem inimicorum, Et asserentes eundem dominum comitem predicta omnia facere debere ut in pactionibus continetur, Ex adverso predicto domino comite proponente plures deffensiones contra predicta et inter alia asserente se adduxisse in civitatem astensem ad eorum peticionem et subsidium duodecim milia clientum ultra id quod contra (*sic sed rectius* continetur) in pactionibus memoratis et eos tenuisse ad expensas suas proprias in districtu astensi per spacium decem et septem dierum et asserente expensas ipsorum clientum sibi debere restitui per tempus memoratum et asserente plures alias peticiones et deffensiones universas; Tandem dictus dominus potestas de consilio predictorum quatuor sapientum auctoritate et ex vigore bailie eidem domino potestati concesse a consilio generali civitatis astensis considerata et diligenter examinata et pensata utilitate Rei publice astensis nomine suo et comunis astensis ad quorum interest et predicti quatuor sapientes nomine quo supra liberant et quictant dictum dominum comitem et suos heredes et gentes suas et omnes suos subditos et me notarium infrascriptum recipientem dictam liberationem et quictationem nomine predictorum et omnium aliorum quorum interest de tenuta quam debuisset fecisse seu adhuc fieri

facere deberet dictorum trescentum militum astensibus supradictis seu in terra eorumdem. Que quitatio locum habeat de omnibus predictis que dictus dominus comes facere tenebatur seu tenetur quantum in presenti anno astensibus predictis, Annus presens intelligatur ut in dictis conventionibus continetur. Qui predicti facientes predictam quictacionem fecerunt pactum solempni stipulacione vallatum eidem domino comiti et michi notario infrascripto recipienti nomine quo supra et omnium quorum interest de non agendo de non excipiendo occasionibus supradictis seu aliqua earundem contra dictum dominum comitem subditos heredes et amicos suos seu quoscumque alios occasionibus supradictis Et si contra facerent promiserunt michi notario infrascripto recipienti nomine quo supra et omnium quorum interest et etiam dicto domino comiti stipulanti sibi dare solvere et restituere omnia dampna gravamina expensas et interesse que sustineret occasionibus supradictis, Obligantes omnia bona sua mobilia et inmobilia et bona comunis predicti et ipsius districtualium videlicet dictus potestas et dicti quatuor bona dicti comunis et districtualium pro attendendis universis et singulis supradictis.

Et ego petrus morandus notarius palatinus interfui et rogatus sic scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1028. *Stipendia dynastis suppeditanda, qui cum militibus Astam Amadeus secum duxerat, statuuntur.* 1290. 15 augusti.

In nomine domini Amen. Anno domini millesimo ducentesimo Nonagesimo. Indictione tercia die martis quintodecimo mensis augusti. Conctis pateat evidenter per hoc presens publicum instrumentum quod cum illustris vir dominus Amadeus Comes sabaudie et in ytalia Marchio pro se et omnibus stipendiariis quos secum ducet ad civitatem astensem ex una parte. Et viri nobiles et discreti dominus Guillelmus brunus judex et bonifacius ysnardus cives astenses ac ambaxatores et sindici comunis et universitatis astensis nomine et ex parte dicti comunis et universitatis ex altera parte fecissent certa pacta et conventiones prout apparet per quodam publicum instrumentum traditum et scriptum per mayfredum de canonica notarium palatinum ac civem astensem Anno domini MCCLXXXX, Indictione tercia die martis in festo beati Marchi quintodecimo (1) mensis aprilis. In quibus pactis et conventionibus dicti dominus Guillelmus brunus et bonefacius ysnardus ambaxatores et sindici dicti comunis nomine et vice dicti comunis inter cetera convenerunt et promiserunt dicto domino comiti Recipienti suo nomine et nomine et ad partem stipendiariorum quos secum ducet in servitio civitatis predicte dare et solvere eidem domino comiti ad opus dictorum stipendiariorum soldos decem vianensium pro quolibet milite adobato et pro domicello seu scutiffero soldos octo vianensium omni die et si fuerint banaritii duplicari debeat salarium eorum, Et si fuerint aliqui barones qui iverint cum dicto domino comite ad civitatem predictam quod debeat eis augmentari salarium pro personis ipsorum ultra predicta ad arbitrium dicti domini comitis et domini ottolini de Mandello nunc potestatis astensis. Et cum idem dominus comes venisset ad predictam civitatem astensem in servitio dicti comunis et duxisset secum quamplures barones et ipsi barones requisissent cum instantia a predictis domino comite et domino ottolino potestate astensi ut arbitrari deberent quid et quantum habere deberent a comuni Astensi pro eorum personis ultra quantitates predictas, Dicti dominus comes et dominus Ottolinus dixerunt et arbitrati fuerunt ac etiam dicunt et precipiunt et arbitrantur quod barones qui venerunt cum dicto domino comite ad civitatem predictam in servitio dicti comunis habeant et habere debeant a dicto comuni et universitate libras duomillia vianensium pro eorum personis ultra quantitates predictas pro toto eo tempore quo steterunt et stabunt in servitio dicti comunis, Et quod solutio predictarum librarum duo millia fieri debeat eidem domino comiti ad opus dictorum baronorum juxta formam conventionum cellebratarum inter dictum dominum comitem ex una parte et dictos ambaxatores et sindicos nomine dicti comunis ex altera ad hoc ut idem dominus comes possit dictam pecuniam distribuere inter ipsos barones prout sibi videbitur habito respectu ad statum et magnitudinem personarum ipsorum baronorum qui venerunt ad predictam civitatem astensem ad requisitionem dicti domini comitis in servitio dicti comunis. Actum ast in domo domini philipi et Rolandi Scarampi in qua dictus dominus comes moratur ad presens, Interfuerunt ibi testes dominus Guillelmus de zucis milex et dominus

(1) Pro vicesimo quinto.

ubertus de lurico milex et domini Alcherius de concorezo et paganus de subinago et Guidotus galatius et Bartholameus de habiate omnes jurisperiti.

Ego zeno de birizago notarius civitatis Mediolani predictis interfui et rogatus hoc instrumentum tradidi et scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1029. *Adfines et amici captivorum, qui in Mombarucii castro custodiuntur,* 400 *libras astenses pro eorum redemptione se soluturos promittunt.* 1290. 13 septembris.

Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo Indictione tercia die mercurii XIII. septembris presentia testium infrascriptorum Raynerius bunius et thomas de troya pro Bonefacio casseno. Ubertus garretus et fredericus garretus filius daniellis garreti quondam pro leone garreto, Martinus gutuerius pro Guillelmo gutuerio, Raynerius rex et Georgius monacus pro uberto rege requisiverunt et instanter rogaverunt dominum A. illustrem comitem sabaudie et marchionem in ytalia ut curet et faciat quod predicti Bonefacius cassenus Guillelmus gutuarius, ubertus rex et leo garretus de carceribus mombarucii relaxentur et exeant et secure promitat domino albertino marchioni de rocheta et cuicumque alii persone et se obliget et res suas pro predictis habendis et recuperandis de libris quadringentis astensibus solvendis et insuper promisserunt ipsi domino comiti stipulanti dare et solvere libras quadringentas astenses si ipsos contingerit haberi et de carceribus relaxari ad voluntatem domini comitis predicti in continenti in pecunia numerata et ei restituere omnes expensas dampna et interesse quas et que proinde faceret substineret vel incureret causa iuditio mutuo premio vel alio modo et inde credere eius verbo sine sacramento et probatione qualibet et de ipsis libris quadringentis semper indempnem conservare et res suas sub obligacione omnium bonorum suorum que proinde ei pignori obligaverunt Renunciantes in predictis exceptioni doli et in factum conditioni sine causa et ex iniusta causa et omni iuri et exceptioni et deffensioni. Actum in castris exercitus comunis astensis sisis in pratis hencisie, Testes dominus philipus scarampus, petrus morandus et alegrinus Becconotus. Et ego Jacobus malbeccus notarius palatinus interfui et rogatus sic scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1030. *Eadem promissio a potestate et sapientibus Astensium confirmatur.* 1290. 13 septembris.

Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo, Indictione tercia die mercurii XIII septembris presentia testium infrascriptorum dominus henricus de tangatinis potestas astensis voluntate consilio et consensu domini Bertrami de carchano capitanei populi astensis dominorum Guillelmi bruni judicis Raynerii bertaldi cui dicitur Rubeus et Guillelmi rotarii trium ex quatuor eorum nomine et nomine domini Ogerii Alferii eorum socii et ipsi capitaneus et tres eorum nomine et nomine dicti socii sui auctoritate dicti potestatis nomine et vice comunis astensis et pro ipso comuni rogati a Raynerio bunio thoma de troya pro Bonefacio casseno et ab uberto garreto et frederico garreto filio daniellis garreti quondam pro leone garreto, Martino gutuerio pro Guillelmo gutuerio et Raynerio rege et Georgio monaco pro uberto rege et ad instanciam ipsorum instanter requisiverunt et rogaverunt dominum A. illustrem comitem sabaudie et marchionem in ytalia quod promitat domino albertino marchioni de rocheta et se et sua obliget secure versus ipsum de quadringentis libris astensibus solvendis pro habendis et expediendis Bonefacio casseno, leone garreto, Guillelmo Gutuerio, uberto rege et persavallo de simbona carceratis in montebarucio quas libras quadringentas ei solvere promitat ad voluntatem dicti albertini ut dicti carcerati habeantur et expediantur ex toto quas libras quadringentas si habebuntur debent et promisserunt nomine comunis ipsi domino comiti stipulanti solvere in pecunia numerata ad eius voluntatem et restituere et ei restituere si ipsum ei solvere contingerit occasione predicta et ipsum et bona sua indempnem conservare et restituere ei omnia dampna expensas et interesse que et quas faceret substineret vel incureret proinde causa iudicio mutuo premio vel alio modo et inde credere eius verbo simplici sine sacramento et probacione qualibet sub obligacione omnium bonorum comunis que pro inde ei pignori obligaverunt, Renunciantes exceptioni doli et in factum condicioni sine causa et ex iniusta causa et omni iuri. Actum in castris exercitus comunis astensis

sisis in pratis hencisie Testes dominus Guillelmus de Inys, dominus philipus scarampus judex. Et ego Jacobus malbeccus notarius palatinus interfui et rogatus sic scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1031. *Pactio quae 25 aprilis cum Sabaudiae comite confecta fuerat, confirmatur: pactorumque municipii idem comes se fidejussorum praebet stipendiariis.* 1290. 2 octobris.

Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo Indictione tercia die lune secundo mensis octubris presencia testium infrascriptorum, Dominus henricus de tauchintinis potestas astensis, dominus bertramus de carcano capitaneus astensis, dominus ogerius alferius, dominus Guillelmus brunus judex, dominus Raynerius bertaldus cui dicitur Rubeus et dominus Guillelmus Rotarius IIII$^{or}$ sapientes civitatis predicte auctoritate baylie eis concesse a consilio generali civitatis astensis nomine ipsius civitatis et comunis promiserunt per solempnem stipulacionem illustri viro domino Amedeo comiti sabaudie stipulanti sibi et suis heredibus et mihi notario infrascripto stipulanti ad opus omnium quorum interest seu interesse poterit omnia infrascripta et se facturos et curaturos bona fide quod adimpleantur videlicet quod comune astense servabit et atendet eidem domino comiti et suis militibus ultramontanis stipendiariis quos aduxit secum in subsidium comunis astensis, omnia pacta, convenciones et omnia alia que nobiles viri dominus Guillelmus bruni, dominus bonefacius ysnardi cives astenses ac ambaxatores et sindici comunis et universitatis astensis promiserunt nomine predicti comunis et dicte universitatis eidem domino comiti et suis stipendiariis supradictis que pacta et promissiones plenius continentur in quodam publico instrumento facto manu mayfredi de canonica notarii quod sic incipit — Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo Indictione tercia die martis in festo beati marchi XXV, mensis aprilis, Contis pateat evidenter per hoc presens publicum instrumentum — et sic finitur— Actum sabaudia in castro burgeti, testes interfuerunt dominus stephanus de cresyaco dominus nicholaus de billens legum professor, benyaminus thomas, galvagnus pelleta et magister Jacobus de sancto mauricio et Ego meynfreotus de canonica notarius palatinus interfui et precepto ac voluntate dictarum parcium sic scripsi — Item dictus dominus comes se constituit fideiusorem ex parte dicti comunis de mandato omnium supradictorum erga omnes milites ultramontanos stipendiarios supradictos pro atendendo ex parte dicti comunis dictis stipendiariis singulas et universas conventiones eisdem factas per predictos dominum Guillelmum bruni et bonefacium ysnardi ambaxatores et sindicos comunis astensis pro (ut) predicta plenius continentur in instromento dictarum convencionum superius memorato et pro predictis omnibus et singulis universis atendendis et fideliter observandis eidem domino comiti et omnibus quorum interest supradicti domini potestas, capitaneus et IIII$^{or}$ sapientes auctoritate baylie eis comisse a consilio generali civitatis astensis obligaverunt omnia bona dicti comunis eidem domino comiti et promiserunt per solempnem stipulacionem dicto domino comiti et mihi notario infrascripto recipienti ad opus omnium quorum interest restituere omnia dapna gravamina espensas et interesse que dictus dominus comes et stipendiarii sui supradicti substinerent si dictum comune deficeret in predictis seu aliquibus predictorum et de predictis credere simprici verbo dicti domini comitis sibi concesso nomine probacionis et sine quacumque aliqua alia probacione sub obligacione supradicta. Actum ast in domo philipini palidi et fratris, testes interfuerunt dominus martinus de sancto jorio miles, dominus oddo alamannus mistralis viannensis, draconetus de sancto germano et amaretus de sancto germano, et Ego Andreas faber notarius palatinus interfui et sic scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1032. *Comes Amadeus sabaudus repetit* 400 *libras astenses pro Mombarucii captivis redemptis.* 1290. 13 octobris.

Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo indicione tercia Die veneris terciodecimo mensis octubris presencia testium infrascriptorum, Dominus Andreas de nantoato legum professor nomine domini Amedei Illustris comitis sabaudie et in ytalia marchionis cuius sindicus et procurator est ad agendum petendum contra comune et a comuni astensi et a sindico et syndicum eiusdem et contra quamlibet aliam personam et a qualibet alia persona pro ipso comuni interveniente seu intervenientem prout in literis scigillatis scigillo jam dicti domini comitis die veneris inquindena beati michaelis

Anno domini MCCLXXXX indicione tercia plenius continetur quod quidem scigillum habet in medio scutum cum cruce et circumligitur, scigillum Amedei comitis sabaudie, dixit et denunciavit ac requisivit dominis henrico de tangatinis potestati astensi et bertramo de carcheno capitaneo populi comunis astensis nomine et vice ipsius comunis astensis quod ipsi et quilibet ipsorum solvant et solvere debeant jam dicto domino Andree nomine predicti domini comitis et pro ipso libras quatuorcentum bonorum denariorum astensium quas predicti domini potestas et capitaneus dare debent et tenentur eidem domino Comiti ut in instrumento dicti debiti facto manu jacobi malbechi notarii anno domini MCCLXXXX jndicione tercia die mercurii XIII, mensis octubris [1] plenius continetur cum expensis dampnis et interesse que et quas proinde dictus dominus Comes vel alius pro eo faceret substineret seu incurreret dictum debitum petendo quocumque modo et quacumque occasione. Qui domini potestas et capitaneus incontinenti dixerunt et protestati fuerunt in presentia ipsius domini Andree et coram ipso nomine jamdicti domini Comitis quod ipsi et quilibet ipsorum parati sunt absque mora compellere infrascriptos et quemlibet ipsorum solvere et solucionem facere in integrum de suprascripto debito tamquam fideiusores de infrascriptis qui capti fuerunt apud montembarucium quorum nomina inferius describuntur, Ita quod dictus dominus Comes poterit et debuerit tenere et esse contentus. Primo Raynerius bunius et thomas de troya fideiusores pro Bonefacio casseno, qui captus fuit apud dictum locum montisbarucii, Item umbertus garretus et fredericus garetus fideiusores leonis gareti qui captus fuit similiter, Item martinetus gutuerius fideiusor pro Guillelmo gutuerio, Item Raynerius rex et Georgius monachus fideiusores pro uberto rege et jdem dictus dominus Andreas nomine dicti domini comitis de predictis precepit mihi notario infrascripto facere publicum instrumentum. Actum ast in domo filiorum uberti prevengi quondam, Testes dominus stephanus deagnatis judex Guillelmus de parenis et Martinus de viginti. Et Ego Gauterius de salucio notarius palatinus interfui et scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

## 1033. *Idem repetit iterum comes Amadeus.* 1290. 14 octobris.

*Andreas Nantiacus iisdem prope verbis quibus antecato die usus fuerat,* 400 *libras astenses iterum repetit. Astensis vero potestas nec non populi capitaneus solvere se paratos declarant ac praecipuos debitores compellere.*

*Notarius haec tantum in calce instrumenti addidit.*

Ego Gauterius de salucio notarius palatinus confiteor quod in presencia mei dominus Andreas de nantiaco legum professor protestatus fuit de expensis quas fecit et faciet pro predicto debito et occasione predicti debiti quod sunt et esse debeant secundum tenorem et formam debiti ut in instrumento de quo superius fit mentio et plenius continetur presentibus suprascriptis dominis potestate et capitaneo et testibus superius nominatis super jam dictos dominum potestatem et capitaneum nomine dicti comunis astensis et super omnes et singulas personas que sunt versus dictum dominum comitem obligati. Item requisivit Robam manfredi dague de montebarucio et manulevacionem et liberacionem duorum captivorum de montebarucio predicto qui erant obligati in libris XIII, astensium.

(E regio taurinensi tabulario).

## 1034. *Comes Amadeus sabaudus tertio a municipio astensi* 400 *libras repetit, adiectis decem libris a se impensis.* 1290. 16 octobris.

Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo Indicione tercia die lune XVI mensis octubris presentia testium infrascriptorum. Cum vos dominos Henricum de tangatinis potestatem astensem et Bertramum de carcheno capitaneum populi civitatis astensis pluries requisivit dominus Andreas de nantiaco legum professor sindicus et procurator domini Amedei comitis sabaudie et marchionis in ytalia procuratorio nomine eiusdem quod vos sibi solvatis libras quatuor centum astensium nomine dicti domini comitis in quibus dicto domino Comiti tenemini pro liberacione quorumdam hominum civium de Ast a carceribus montisbarucii quos dictus dominus Comes ad instanciam et requisitionem vestram solvere promisit et solvit pro predictorum civium liberacione et quod compelleretis quoscumque alios ad hec ipsi domino Comiti obligatos ex causa predicta, et vos dixeritis et protestati

(1) Pro septembris.

fueritis vos paratos solvere dictos denarios et cives astenses qui ad hec ipsi domino Comiti singulariter sunt obligati vos eciam paratos compellere ut in instrumentis inde confectis per me notarium infrascriptum plenius continetur et vos nundum aliquid predictorum feceritis licet dominus stephanus judex et vicarius predicti domini potestatis preceperit et preceptum fecerit martino Gutuerio et Bonefacio casseno recipienti pro illis qui pro ipso versus dictum dominum comitem se obligaverunt et Jachino gislamerio procuratori Raynerii Regis et georgii monachi ut dicitur quod solverent die dominica jam proxime lapsa per totam diem sub pena librarum centum pro quolibet ut in libro curie vestre plenius dicitur contineri. Iterum licet ex abundanti cautela tantum et ad maiorem certitudinem predictorum et aliorum vobis dominis potestati et capitaneo denunciaturus dictus Andreas procuratorio nomine vos requirit quatenus sibi nomine quo supra dictas libras quatuor centum solvatis et solvi faciatis cum omnibus expensis quas hac occasione fecit et faciet et quas petiit et de quibus alias protestatus fuit et ipsas expensas usque ad hodiernum diem ponit in libris decem astensium. qui domini potestas et capitaneus incontinenti dixerunt et protestati fuerunt in presencia ipsius domini Andree predicto nomine et coram ipso et infrascriptis testibus quod sunt parati nomine comunis astensis predicti facere iusticie complementum et curare cum effectu quod eidem domino Andree fiat iusticia de predictis. Qui dominus Andreas iterum nomine predicto et incontinenti dixit quod erat paratus recipere dictam pecuniam et facta sibi solucione cedere jura adversus debitores et facere pacem et finem de dicto debito pro quo jam dicti domini potestas et capitaneus nomine dicti comunis versus dictum dominum comitem sunt obligati et eciam quecumque alia prout fuerit faciendum de jure. Actum ast in domo filiorum uberti prevengi quondam, Testes dominus albertinus marchio de rocheta, Thomas bertramus et Guillelmus de gilio. Et ego Gauterius de salucio notarius palatinus interfui et scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1035. *Astense municipium cum Emanuele, Blanderatis comite, eiusque filiis et Antonio nepote pacem init.* 1290. 10 decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo Nonagesimo Indicione tercia die dominico decimo decembris. Presencia Testium infrascriptorum, Cum maxima guerra et discordia fuisset inter Comune et homines civitatis astensis et districtus ex una parte et dominum Manuellem Comitem de blandrato et filios eius et Antonium nepotem ipsius filium domini benedicti comitis de blandrato quondam et homines eorum ex alia parte Et multe offense et dampna in personis et rebus hinc inde facte et data fuissent Ecce quod dominus henricus de tanghetinis potestas et Bertramus de carchano Capitaneus populi civitatis astensis et bertramus de comentina Thomas garretus facinus ysnardus et henricus pelleta quatuor sapientes quibus comissa sunt negocia comunis astensis auctoritate baylie eis concesse per generale conscilium civitatis astensis Tenor cuius baylie inferius continetur nomine et vice comunis astensis ex una parte et domini Henricus Alferius, Daniel ysuardus et Georgius Rotarius procuratores dicti domini Comitis Manuellis et dicti Antonii nomine et vice ipsorum et heredum ipsorum et descendencium ab eis ex alia parte ad talem composicionem pacem et concordiam atque transactionem de predictis omnibus et singulis pervenerunt. Inprimis dicti potestas capitaneus et quatuor receperunt dictos procuratores nomine et vice predictorum comitum et heredum et successorum suorum descendencium ab eis in cives civitatis Astensis. Tali modo quod dicti comites et filii et heredes ipsorum descendentes ab eis sint cives civitatis astensis et gaudeant et utantur et gaudere et uti possint omnibus honoribus et beneficiis civitatis astensis et quibus gaudent et utuntur et gaudere et uti possunt cives civitatis astensis et burgorum coherencium civitati sub pactis et convencionibus et cum pactis et convencionibus infrascriptis videlicet quod dicti comites et heredes et successores ipsorum teneantur et debeant facere et faciant pacem et guerram et treguam pro comuni Astensi de eorum personis et de tota terra et de toto posse eorum et de hominibus eorum bona fide contra quascumque personas et universitates et contra quecumque comunia et contra quemcumque baronem excepta astensi ecclesia. Et facere exercitus et cavalcatas pro comuni astensi toto suo posse de eorum personis terra et hominibus secundum quod comune astense faceret fieri aliis civibus civitatis astensis de hominibus et terra

(1) Hanc pacem memorat Grassius op. cit. vol. II p. 108.

ipsorum civium et dare reductum conductum accessum et transitum liberum comuni Astensi et hominibus de Ast et de districtu astensi in terra et per terram dictorum Comitum. Item quod dicti Comites teneantur et debeant eo tempore quo Milicia imponetur in civitate astensi tenere duas Milicias pro comuni Astensi si eis imposite fuerint habendo equacionem pro ipsis duabus miliciis a civitate astensi secundum quod alii cives astenses habent vel habebunt. Et insuper quocienscumque Comune astense seu civitas astensis ad fodrum prestum vel taliam pervenerit quod dicti Comites semper teneantur et debeant dare et solvere fodrum presta et talias de libris sexcentum astensium tantum et non ultra seu de maiori quantitate, Hoc acto quod aliquod fodrum prestum talia dacitum vel alia collecta dictis comitibus vel alicui eorum vel heredibus seu alicuius eorum imponi seu taglari non possint per comune astense vel aliquos officiales comunis astensis vel per aliquas alias personas ultra predictam quantitatem librarum sexcentum Astensium. Et si ultra predictam quantitatem vel de maiori quantitate aliquod fodrum dacitum sive prestum vel aliqua talia vel collecta impositum vel imposita fuerit dictis comitibus vel alicui eorum vel heredibus ipsorum seu alicuius eorum ipso iure auctoritate et vigore presencium pactorum pro non imposito et non imposita habeatur et teneatur et reputetur omnino, Tali modo quod potestates iudices et vicarii et presides et officiales quicumque civitatis astensis et omnes alii qui per tempora fuerint in regimine vel officio vel exercicio alicuius iurisdicionis in civitate astensi teneantur et debeant omnes et singulas imposiciones miliciarum que essent ultra duas milicias et fodrorum et prestorum et taliarum que essent ultra quantitatem librarum sexcentarum seu de maiori quantitate librarum sexcentarum astensium sine aliquibus expensis ipsorum comitum et sine aliquo cognitore dando et sine aliqua cognitione facienda super hoc facere cançellari et vacuari de libris sive locis in quibus dicte imposiciones scripte essent. Hoc eciam acto quod dicti comites non teneantur nec debeant aliquid solvere vel contribuere in fodris taliis prestis sive collectis que imponerentur vel fierent causa solvendi illa debita vel illas expensas que comune astense dare vel facere tenetur vel debet hinc retro usque ad presentem diem nec de hiis que comune astense dare debebit vel faciet usque ad pascha proxime ventura Sed a predictis omnibus debitis et expensis tam preteritis quam futuris usque ad pascha dicti Comites sint ex nunc liberati et penitus absoluti, Tali modo quod non obstantibus aliquibus imposicionibus que facte essent contra vel preter predictam formam vel aliter quam predictum est predicti Comites vel aliquis eorum vel heredes eorum seu alicuius eorum bona vel res ipsorum vel alicuius eorum apellari conveniri molestari vel inquietari requiri vel moveri vendi vel concedi vel alienari non possint occasione aliquarum miliciarum fodri presti talie vel collecte impositarum vel impositi aliter vel ultra quam superius continetur. Et quod occasionibus predictis contra ipsos comites vel heredes eorum vel bona ipsorum procedi non possit imo omnis processus sive fuerit preceptum sive bannum sive citatio vel monicio et quilibet alius processus qui fieret contra predictos Comites vel heredes ipsorum vel res et bona ipsorum sint cassa et cassus et irritus et irrita ipso iure. Et insuper quod illi qui imponerent ultra duas milicias dictis comitibus vel heredibus eorum seu qui imponerent maius fodrum vel prestum vel maiorem taliam de quantitate librarum sexcentum astensium vel qui ipsos Comites seu heredes eorum extimarent ultra maiorem quantitatem librarum sexcentum astensium ipso iure et ipso facto quilibet eorum incurrat penam librarum quinquaginta astensium aplicandam pro medietate comuni astensi et pro alia medietate dictis comitibus. Quam penam potestas astensis et eius iudices et vicarii et quilibet ipsorum teneantur excutere et exigere infra VIII dies postquam dicta pena fuisset comissa sine aliqua sollempnitate iuris vel capitulorum civitatis astensis et sine aliquo strepitu iudiciorum et eam excutere teneantur summarie et sine forma cause. Preterea potestas et iudices et rectores et omnes alii officiales comunis astensis qui contra predicta vel aliquod predictorum facerent vel venirent vel alio modo quam predictum est dictos comites vel heredes eorum vel aliquem ipsorum vel res et bona ipsorum vel alicuius ipsorum molestarent convenirent vel in aliquo agravarent ipso facto et ipso iure quilibet ipsorum incurrat penam librarum quinquaginta astensium applicandam pro medietate comuni astensi et pro alia medietate dictis Comitibus et de qua pena ipsi et quilibet ipsorum possint et debeant per sindicatores comunis astensis et per dictos Comites seu per procuratores eorum sindicari et appellari et nichilhominus omnia et singula supradicta in sua firmitate remaneant. Item actum est inter predictos dominum potestatem et Capitaneum et quatuor sapientes nomine et vice comunis astensis ex una parte et dictos procuratores nomine predictorum comitum ex altera quod ipsi comites vel heredes sive successores ipsorum cogi non possint aliqua

occasione iure vel modo nec eciam teneantur auctoritate alicuius statuti civitatis astensis vel alio iure vel modo stare vel habitare in civitate astensi vel burgis coherentibus civitati vel in aliqua villa vel loco comunis astensis vel alibi contra voluntatem eorum Salvo et quod ad civitatem astensem venire teneantur pro guerra facienda et pro succursu faciendo·comuni sicut alii qui venire debent ad succursum et adiutorium comunis astensis. Item actum est inter predictos contrahentes quod dicti comites vel heredes eorum vel aliquis eorum vel heredes ipsorum vel homines ipsorum vel alicuius eorum cogi non possint aliquo iure vel modo ad ducendum eorum blavam ad civitatem astensem vel ad alium locum, Nec eciam quod eorum blava possit inquiri contra voluntatem eorum, Et quod eciam per statutum aliquod civitatis astensis vel per contractum aliquem quem faceret comune astense vel per alium modum fieri statui vel ordinari non possit quo minus dicti comites et heredes eorum et homines ipsorum de eorum blava possint facere ad eorum voluntatem dum tamen dictam blavam non ducant ad inimicos comunis astensis nec duci consenciant suam vel alienam blavam per terram eorum ad inimicos comunis astensis. Item actum est inter predictos contrahentes quod tota terra dictorum comitum quam nunc tenent cum omnibus honoribus et pedagiis et furnis et molegiis mero et misto imperio atque iurisdictione et cum hominibus et vassallis et omnibus iuribus eis competentibus dictis comitibus remaneat expedita. Ita quod comune astense non possit facere aliquem locum novum in territorio castrorum vel villarum nec in castris vel villis dictorum comitum nec aliquibus facientibus consentire vel dare auxilium conscilium vel favorem. Et quod eciam comune astense non possit nec debeat in aliquo loco novo vel veteri facto vel faciendo per comune astense recipere vel tenere vel pati stare vel habitare homines dictorum comitum vel heredum suorum nec ipsos homines recipere nec pati quod recipiantur in civitate vel in villis pro habitatoribus vel iuratis. Et versa vice quod dicti Comites vel heredes eorum non recipiant nec recipere possint vel pati stare vel habitare aliquos homines comunis astensis nec cives astenses in eorum terra pro habitatoribus Et quod comune astense vel aliqua singularis persona de Ast vel de posse astensi aliqua occasione iure vel modo non possit acquirere aliquid in eorum terra vel iurisdictione nec in castris vel villis ipsorum nec in posse dictorum castrorum vel villarum seu alicuius earum sine voluntate dictorum comitum vel heredum suorum, Et quod aliqua fortilicia non possit fieri per comune astense vel per aliquam aliam personam in eorum terra predicta sed teneatur et debeat comune astense dictos comites et heredes eorum et totam eorum terram et homines et vassallos et iura que habent in eorum terra et hominibus iuvare deffendere manutenere et conservare toto suo posse contra quascumque personas universitates comunia et dominos et barones. Item actum est inter predictos contrahentes quod aliquod honus pedagii, maletolte curaye vel alicuius alterius daciti sive exactionis dictis comitibus vel eorum heredibus vel hominibus ipsorum imponi exigi vel auferri non possit nisi sicut civibus civitatis astensis salvis tamen et firmis manentibus omnibus et singulis supradictis et infrascriptis. Item actum est inter predictos contrahentes quod dicti comites vel heredes eorum vel homines ipsorum non possint nec debeant conveniri apellari vel molestari nec cogi iuri parere sive stare in civitate astensi vel coram potestate astensi vel iudicibus vel officialibus civitatis astensis occasione aliquorum factorum vel contractuum preteritorum seu hinc retro factorum nisi secundum quod ante presentem contractum conveniri vel apellari poterant. De contractibus vero quos dicti comites vel heredes eorum contraherent in futurum cum aliquibus de ast vel de posse astensi teneantur parere iuri dicti comites in civitate astensi, homines vero ipsorum in causis civilibus vel criminalibus vel alio modo non teneantur parere vel stare iuri in civitate astensi. Item actum est inter predictos contrahentes quod omnes offensiones reales et personales et omnia et singula dampna facte et data comuniter vel divisim per comune astense vel per aliquos de Ast vel de posse astensi dictis comitibus vel hominibus eorum vel in terris et rebus dictorum comitum vel hominum suorum, Et per dictos comites et homines eorum in terra astensi vel in hominibus de ast vel de posse astensi quitentur et remitantur et ex nunc pro quitatis et remissis et vigore presentis contractus habeantur et reputentur, Ita quod pro aliquibus offensis realibus et personalibus factis hinc retro hinc inde comuniter vel divisim vel pro aliquibus dampnis datis hinc retro hinc inde comuniter vel divisim aliqua vel aliquis de dictis partibus aliam partem vel alium vel alios de dictis partibus offendi gravari molestari impediri vel arrestari conveniri vel appellari non debeat nec possit aliqua occasione iure vel modo. Item actum est inter predictos contrahentes quod omnes represalie seu cambia hinc inde concessa vel data tollantur et remitantur omnino et ex nunc auctoritate et ex vigore pre-

sentis contractus pro sublatis et remissis penitus habeantur et reputentur ita quod dicti comites vel heredes eorum vel res et bona vel iura ipsorum vel homines ipsorum vel bona vel iura ipsorum hominum vel alicuius eorum impediri arestari saxiri capi vel detineri conveniri vel apellari non possint inperpetuum aliquo iure vel modo occasione alicuius represalie seu cambii concessi vel dati aliquibus de ast vel de posse astensi seu aliquibus hominibus qui essent de aliquo castro quod esset alicuius civis astensis. Et versa vice quod comune de Ast vel aliqua villa vel locus qui vel que subsit comuni astensi vel alique singulares persone de ast vel de villis seu locis comunis astensis vel que sint de aliquibus castris que sint alicuius civis astensis vel bona ipsarum personarum vel alicuius earum aliquo iure vel modo non possint nec debeant impediri saxiri detineri capi vel arestari molestari conveniri vel apellari occasione alicuius represalie sive cambii dati vel concessi dictis comitibus vel hominibus eorum vel aliquibus eorum sed ex nunc volunt dicte partes et consenciunt quod omnes represalie et cambia et instrumenta et iura dictarum represaliarum et dictorum cambiorum sint cassa et irrita et nullius valoris. Item actum est inter predictos contrahentes quod si contingeret quod comune astense faceret pacem treguam vel aliquod alíud pactum cum domino Marchione montisferrati quod comune de ast ipsos comites et eorum homines in dicta pace tregua sive pacto ponere teneatur et debeat sicut poneret alios de terra astensi. Item actum est inter predictos contrahentes specialiter et expresse quod omnia et singula pacta vetera et omnes et singule conventiones et obligaciones et contractus veteres undecumque nascantur sive descendant que fuissent hactenus inter predictos comites vel aliquem eorum vel predecessores eorum vel aliquem de predecessoribus eorum ex una parte et comune astense seu aliquas societates vel aliquam societatem de civitate astensi ex altera cessent et careant robore et efficacia et nulle et nulla sint. Et omnia et singula predicta pacta vetera et conventiones et obligationes et contractus veteres dicte partes ad invicem cassaverunt et irritaverunt et nullius momenti esse decreverunt et voluerunt. Et de omnibus et singulis predictis pactis et conventionibus obligationibus et contractibus veteribus fecerunt sibi ad invicem pacem et finem et remissionem et quitationem et liberationem et pactum de non petendo inperpetuum, Ita quod occasione predictorum pactorum conventionum obligationum vel contractuum veterum comune astense vel aliqua societas civitatis astensis dictos comites vel heredes eorum vel bona ipsorum vel homines ipsorum vel bona eorum convenire gravare impedire molestare vel appellare non debeat neque possit. Et versa vice quod comune de Ast vel aliqua societas de civitate astensi occasione predictorum pactorum convencionum obligacionum vel contractuum veterum conveniri molestari vel appellari non possit. Item actum est inter predictos contrahentes quod potestas astensis teneatur expresse sine tenore et vinculo iuramenti eximere et extrahere et absolvere et extrahi et absolvi et cancellari facere Thomam de Ruata, philipum bassum, bechinum bastheram et Jacobum de Rocha et quoscumque alios homines vel vassallos dictorum comitum vel alicuius eorum de omnibus et singulis bannis penis et condempnacionibus in quibus incidissent vel incurrissent et que eis vel alicui eorum data essent per potestatem vel iudices vel aliquos officiales comunis astensis et per potestatem Rippe et per potestatem podiguarini vel per vicarios ipsorum vel in quibus scripti essent in libris comunis astensis vel in libris comunis Rippe vel in libris podiivarini occasione quod ipsi offendissent comune astense vel aliquos de posse astensi vel tractavissent fieri vel quod fecissent vel quod tractassent aliquid quod esset contra comune astense vel in preiudicium comunis astensis vel alicuius loci vel ville vel alicuius singularis persone de Ast vel de posse astensi vel occasione quod dedissent dictis comitibus vel eorum hominibus vel coadiutoribus dictorum comitum reductum auxilium conscilium vel favorem vel occasione quod fecissent guerram comuni astensi vel aliis de posse astensi vel occasione quod aliquid habuissent vel accepissent de personis rebus hominum de Ast vel de posse et districtu Ast vel qualibet alia occasione iure vel modo dummodo non essent banniti de homicidio infra xv dies postquam de hoc fuerit requisitus. Tali modo quod pro aliquibus bannis penis vel condempnacionibus eis vel alicui ipsorum datis vel in eos vel in aliquem eorum factis per potestatem astensem vel alios officiales comunis astensis vel per potestatem Rippe vel per potestatem podiiguarini vel per gerentes vices eorum ipsi vel aliquis eorum vel bona ipsorum seu que fuerunt ipsorum vel alicuius eorum capi detineri arrestari conveniri vel appellari vel agravari non debeant neque possint, Et insuper dicti potestas capitaneus et quatuor sapientes auctoritate eorum baylie eis concesse per conscilium generale civitatis astensis omnia et singula banna data predictis vel alicui eorum dummodo illa banna non essent de homicidio et omnes

et singule pene et condempnaciones in quibus ipsi vel aliquis eorum incidissent et que in eos vel aliquem eorum facte essent usque ad presentem diem dummodo non essent de homicidio vel occasione homicidii, Et omnes processus facti contra predictos vel aliquem eorum et omnes vendiciones et concessiones facte de bonis vel rebus dictorum Thome et Philipi per potestatem vel per comune podiiguarini vel per comune astense seu aliquem pro ipso comuni occasionibus predictis vel aliqua earum cassaverunt et irritaverunt et nullius momenti esse voluerunt et ipsa bona et ipsas res dictorum Philipi et Thome alienata vel alienatas vel venditas vel concessas per potestatem vel comune podiiguarini restitui voluerunt dictis Thome et philipo et ipsa banna (bona) et ipsas res mihi notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine et vice dictorum Thome et philipi restitui facere promiserunt Ita tamen quod dictus Thomas de Ruata teneatur comuni astensi sicut tenebatur dictis Comitibus et faciat fidelitatem comuni astensi sicut faciebat vel facere tenebatur dictis comitibus. Hoc acto quod dictus Thomas de Ruata faciat et facere debeat instrumentum procure dictorum henrici Alferii daniellis ysnardi et Georgii Rotarii abreviatum per dictum Thomam hoc eodem anno et indictione die dominico tercio mensis decembris et ipsum instrumentum in formam publicam dare comuni astensi. Item actum est inter predictos contrahentes quod omnes et singule pene et condempnaciones et omnia et singula banna facte et data in dictos comites vel aliquem eorum vel in eorum homines vel in illos qui stant in eorum terra per comune astense vel per aliquam societatem de ast remitantur et cancellentur et nulla esse debeant ipso iure, Et insuper dicti potestas capitaneus et quatuor sapientes auctoritate baylie eis concesse per generale conscilium civitatis astensis ipsas penas et banna et condempnaciones cassaverunt et irritaverunt et nullius momenti esse decreverunt, Tali modo quod predicti comites vel heredes eorum vel homines ipsorum seu qui stant in eorum terra vel bona ipsorum comitum vel hominum vel alicuius eorum occasione alicuius pene banni vel condempnacionis factarum vel dati hinc retro capi detineri apellari conveniri vel molestari non possint, Et promiserunt nomine et vice comunis astensis dictis procuratoribus et michi notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine et vice dictorum comitum et heredum suorum et hominum ipsorum comitum et illorum qui stant in eorum terra ipsas penas et condempnaciones et ipsa banna facere cancellari de libris comunis astensis et villarum subiectarum comuni astensi sine aliquibus sumptibus et expensis ipsorum comitum et hominum non obstantibus aliquibus capitulis vel statutis ordinamentis consciliis publicis vel privatis factis vel faciendis per comune astense vel per alium vel alios habentem vel habentes bayliam vel auctoritatem a comuni astensi. Que omnia et singula capitula statuta conscilia publica et privata facta et facienda dicti potestas capitaneus et quatuor auctoritate et vigore predicte baylie inquantum predictis vel alicui predictorum obviarent vel in aliquo derrogarent ex certa scientia cassaverunt et irritaverunt et nullius momenti esse decreverunt. Item actum est inter predictos contrahentes specialiter et expresse quod dicti comites teneantur et debeant ponere Castrum montisacuti et Castrum sancti stephani de astexio in manibus et baylia sive potestate duorum vel trium hominum Civium civitatis astensis ydoneorum et sufficiencium ad custodiendum seu custodiri faciendum dicta castra quos duos vel tres homines dicti comites eligendi habeant potestatem, Qui duo vel tres cum tot guardiis quot comune astense usque ad modum convenientem voluerint tempore presentis guerre et cuiuslibet alterius guerre quam comune astense in futurum haberet teneant et custodiant dicta castra pro comuni astensi unum expensis dictorum comitum et aliud quod elegerit comune astense expensis ipsius comunis astensis, Et qui duo vel tres faciant comuni astensi ydoneam et convenientem securitatem de custodiendo bene dicta castra guerra durante, tempore autem pacis vel tregue que esset facta ad sex menses vel ad maius tempus cesset custodia supradicta, Et dicti duo vel tres teneantur et debeant nonobstantibus aliquibus preceptis eis factis et non obstantibus aliquibus statutis conscilis publicis vel privatis Comunis astensis factis vel faciendis dicta castra libere et sine impedimento reddere et deliberare dictis comitibus expedita ad eo quod omnia precepta et banna pene et condempnaciones et processus omnes qui et que fierent illis qui custodirent vel custodiri facerent dicta castra per que banna vel precepta vel per quas penas et condempnaciones vel per quos processus impediretur restitutio sive deliberatio dictorum castrorum facienda dictis comitibus tempore pacis vel tregue durantis sex mensibus vel maiori tempore sint auctoritate presentis contractus cassa et irrita et nullius valoris et hiis non obstantibus quod debeat fieri restitucio dictorum castrorum dictis comitibus ut est dictum, Et si contingeret quod guerra oriretur vel esset cum comuni astensi ab ast superius quod tunc semper et quandocumque et quocienscumque esset

dicta guerra dicti comites teneantur et debeant infra tres menses postquam a comuni astensi fuerint requisiti dicta castra ponere et conscignare in manibus et baylia duorum vel trium hominum civium civitatis astensis quos dicti comites elegerint qui ipsa castra custodiant et teneant tempore guerre prout superius continetur, Pace autem vel tregua vel guerra recreduta interveniente dicta castra libere restituantur dictis comitibus et cesset custodia dictorum castrorum in omnibus et per omnia prout superius continetur et sic debeat inperpetuum observari. Item actum est inter predictos contrahentes quod homines dictorum comitum de consensu et voluntate et mandato eorum promitant et promittere debeant sindico comunis astensis stipulanti et recipienti nomine et vice comunis astensis facere et curare bona fide atque dare operam cum effectu quod per dictos comites et quemlibet eorum et homines et successores eorum observabuntur et attendentur predicta pacta de faciendo pacem et guerram et de tenendo dicta castra ad servicium comunis astensis et de faciendo de ipsis pacem et guerram et de ponendo in manibus dictorum civium tempore guerre ut superius est distinctum, Que si non facerent dicti comites et per eos staret quo minus predicta fierent ipso iure homines dictorum comitum deveniant ad comune astense et ipsius comunis sint et efficiantur pleno iure, Qui homines tunc et in illo eventu quando dicti comites non observarent ea que sunt inpresenti capitulo comprehensa ac eciam si guerram facerent comuni astensi debeant obedire comuni astensi et non dictis comitibus et esse fideles comunis astensis et non dictorum comitum et prout superius distinctum est dicti homines iurent in manibus sindici comunis astensis observare et facere et fideles esse comunis astensis prout superius est distinctum, Que sacramenta hominum renoventur et renovari debeant ad voluntatem comunis astensis de decem annis in decem annos. Preterea dicti procuratores nomine et vice dictorum comitum et cuiuslibet eorum et heredum et successorum suorum ex causa transactionis et omni iure et modo quo melius potuerunt remiserunt et donaverunt dictis dominis potestati capitaneo et quatuor sapientibus recipientibus nomine et vice comunis astensis totam terram quam comune astense habet tenet vel possidet que umquam fuerit dictorum comitum vel predecessorum suorum vel alicuius eorum, Et omne merum et mistum imperium et omnem iurisdictionem et omne dominium et contitum et omnia iura et omnes actiones quod et quam et quas dicti Comites habent vel habere videntur et eis competunt vel competere videntur Que ad dominium contitum et iurisdictionem pertineant vel pertinere videantur in castro villa dominiis posse et hominibus Castrinovi de Rivalba, Et castris villis posse et hominibus infrascriptorum locorum seu villarum et cuiuslibet eorum et cujuslibet earum, Scilicet Rippe, Poglani, butiglerie, Mercurolii, Mayniti, Casaloti, Podiiguarini, Castegloni justa podium guarinum, Stoerde tegeroni, Castelleti de astesio. Canalium superiorum et inferiorum. Montisraynaldi sive Montate fangi, Desaye, belvedere, Anterixii et Cerexolarum Et in quibuscumque aliis villis vel locis et terris quas Comune astense habet tenet vel possidet, habere tenere vel possidere videtur. Hoc acto et specialiter intellecto atque ex certa scientia apposito in presenti articulo quod comune astense et omnes ville subiecte comuni astensi dimittant pacifice et quiete restituant dictis comitibus omnes terras et possessiones vineas prata nemora et Gerbos quas et que et quos dicti comites habebant vel tenebant habere vel tenere videbantur in Rippa et posse Rippe et in aliis villis et locis comunis astensis, Eo tempore quo presens guerra incepta fuit et omnes fictus et omnia tercia et quarta quos et que dicti Comites habent vel habere debent de aliquibus terris vel possessionibus que sunt in Rippa vel posse Rippe vel alibi in locis comunis astensis vel subiectis comuni astensi quos et que dicti Comites per se vel per alium percipiebant vel habebant eo tempore quo presens guerra fuit incepta dictis Comitibus remaneant expeditos et expedita sine aliquo honere et impedimento et eis reddi et solvi debeant dicti fictus et dicta tercia et quarta secundum quod reddi et solvi consueverunt eis eo tempore quo guerra fuit incepta, Debiture autem roxie et carregia pedagia contitus et iurisdicio et ea que ad dominium contitum et merum et mistum imperium pertinent sive spectant et omnes fictus et redditus debitorum dictis comitibus alibi quam in Rippa quos tamen non habebant nec percipiebant eo tempore quo guerra presens fuit incepta comuni astensi remaneant et ad comune astense pertineant pleno jure exceptis predictis terris et possessionibus et fictis et terciis et quartis, Quas terras et possessiones et quos fictus et que tercia et quarta dicti potestas capitaneus et sapientes auctoritate baylie eis concesse a comuni astensi libere et quiete ex nunc dictis procuratoribus recipientibus nomine et vice dictorum Comitum et heredum et successorum suorum restituunt et dimittunt. Insuper dicti procuratores nomine et vice dictorum comitum dederunt et concesserunt dictis dominis potestati capitaneo et sapientibus

supradictis recipientibus nomine et vice comunis astensis ex causa transactionis et pacis et concordie supradicte castrum et villam et homines porciliarum cum omni contitu et segnoritu mero et misto imperio et cum omni jurisdicione et cum omnibus hiis que ad merum et mistum imperium pertinent, Tali modo quod comune astense de predictis castro villa et hominibus et mero et misto imperio et jurisdictione et contitu et segnoritu venatione et pischatione et hiis que ad merum et mistum imperium pertinent possit facere quicquid voluerit non obstante contradictione dictorum comitum. Tali modo quod dicti comites vel heredes eorum non possint in terra purciliarum vel terratorio habere tenere vel facere vel fieri facere aliquam fortiliciam, Et si quam habent vel si qua est quod ipsa diruatur ad voluntatem comunis astensis, Salvis et reservatis semper dictis comitibus libere et sine impedimento et sine aliqua questione omnibus terris et possessionibus pratis vineis nemoribus gerbis ayralibus ortalibus et canavalibus et seddiminibus et hedificiis que seddimina et hedificia essent extra dictum castrum et que et quas dicti comites habent tenent vel possident habere tenere vel possidere visi sunt in porciliis vel posse et in podiguarino et posse tam citra baynam quam ultra baynam. Et salvis et reservatis dictis comitibus advocaciis sive juribus patronatus pertinentibus ad dictos comites in Ecclesiis predicti loci, Et salvis et reservatis dictis comitibus aquis et juribus et cursibus aquarum currencium per fines purciliarum et viis et juribus viarum que mutari vel impediri non possint quin dicte aque currant et vie stent eo modo quo nunc currunt et stant, Tali modo quod omnia et singula supradicta dictis comitibus et eorum heredibus remaneant libera et expedita sine molestia impedimento et questione Comunis astensis et cuiuslibet universitatis et singularis persone de ast vel de posse astensi. Hoc acto quod molandinum quod habent dicti Comites in porciliis et posse eis remaneat liberum et expeditum cum omnibus clusis et bealeriis et aliis necessariis ad dictum molandinum, Quod molandinum cum clusiis et bealeriis possint dicti comites et eorum heredes reficere reaptare de novo hedificare sicut eis melius videbitur expedire ad eorum liberam voluntatem non obstante contradicione comunis astensis et cuiuslibet alterius universitatis et persone de ast vel de posse astensi. Hoc acto quod aliqua universitas vel aliqua singularis persona non possit nec debeat in porciliis vel in fine porciliarum facere vel tenere aliquod molandinum sine voluntate dictorum comitum. Item actum est inter predictos contrahentes quod in omnibus et singulis pascuis que sunt in fine porciliarum et podiiguarini tam citra baynam quam ultra baynam dicti Comites et heredes eorum et eorum Masuarii et Masnengi possint pascuare et dictis pascuis uti quemadmodum cives astenses seu homines podiiguarini pascuntur seu pascuis utuntur inibitione vel pena vel banno aliquo non obstante, Tali modo quod ipsa pascua a comuni usu pasquandi removeri non possint. Que omnia et singula supradicta dicti procuratores nomine et vice dictorum comitum et heredum et successorum ipsorum ex una parte et dicti potestas capitaneus et quatuor sapientes auctoritate baylie eis concesse per generale conscilium civitatis astensis vice et nomine comunis astensis ex alia parte promiserunt sibi ad invicem rata et firma habere et tenere imperpetuum et attendere et observare et fieri facere et compleri et nullo tempore contrafacere vel venire Et nullo modo revocare vel retractare aliqua occasione jure vel modo. Non obstantibus capitulis quod est sub rubrica Ne aliquis franchiretur et capitulo quod loquitur ne aliquis fiat civis de quantitate Et capitulo de immunitate nemini concedenda. Et generaliter non obstantibus aliquibus aliis capitulis statutis vel ordinamentis conscilijs publicis vel privatis cartis vel concessionibus factis vel faciendis per comune astense vel per aliquas societates de civitate astensi. Que omnia capitula statuta vel ordinamenta conscilia publica vel privata, Quas cartas et concessiones omnes et singulas factas et faciendas facta et facienda dicti potestas capitaneus et sapientes auctoritate predicte baylie cassaverunt et irritaverunt et nullius momenti esse voluerunt, Et si contra predicta vel aliquod predictorum factum vel ventum fuerit vel predicta omnia et singula non fuerint observata per aliquam de dictis partibus promisit pars non observans parti observanti restituire omnes expensas dampna et interesse que et quas pars observans proinde faceret incurreret vel substineret eundo reddeundo stando litigando vel alio quovis modo, Et pro sic attendendo et observando et pro predictis omnibus et singulis attendendis dicte partes sibi ad invicem pignori obligaverunt omnia sua bona renunciantibus dictis partibus sibi ad invicem in omnibus et singulis supradictis exceptioni doli mali et infactum condicioni et exceptioni sine causa et ex iniusta causa et generaliter omni et cuilibet alii exceptioni deffensioni et juri. Item actum est inter preditos contrahentes specialiter et expresse quod dicti comites et heredes eorum et homines ipsorum nichil aliud facere teneantur

pro comuni astensi nisi ea que superius sunt expressa et quod comune astense vel alius pro comuni nulla alia iura possit vendicare petere vel exigere vel pretendere se habere in personis vel rebus dictorum comitum vel heredum suorum et hominum ipsorum comitum vel bonis et rebus dictorum hominum nisi illa que superius dicta sunt et in casibus predictis. Item actum est inter predictos contrahentes quod omnia et singula supradicta sint capitulum speciale et precisum civitatis astensis et societatis Militum et societatis Populi et societatis sancti secundi et quatuor societatum civitatis astensis et tamquam capitula specialia et precisa dicti comunis et dictarum societatum debeant ab omnibus observari perinde ac si omnia et singula supradicta de verbo ad verbum essent posita et scripta in libro capitulorum civitatis astensis et in libro capitulorum societatis Militum et in libro capitulorum quatuor societatum civitatis astensis et in libro societatis sancti secundi et in libro capitulorum quatuor societatum Civitatis astensis. (sic) Et nichilhominus dicti potestas Capitaneus et quatuor sapientes auctoritate predicte baylie eis concesse per generale conscilium civitatis astensis promiserunt dictis procuratoribus stipulantibus et recipientibus nomine et vice dictorum comitum quod ipsi apponi facient et scribi ad voluntatem dictorum comitum in libro capitulorum civitatis astensis et in libro capitulorum Societatis militum et Societatis populi et sancti secundi et quatuor societatum civitatis astensis capitula sive statuta de predictis omnibus et singulis attendendis et observandis non obstantibus aliquibus aliis capitulis et statutis. Que omnia capitula et statuta fiant et ditentur ad voluntatem dictorum comitum, Et que si non ponerentur in libris dictorum capitulorum vel posita delerentur vel tollerentur de dictis libris nichilhominus pro apositis et non deletis habeantur et reputentur quia sic actum extitit inter predictos contrahentes specialiter et expresse in principio huius contractus et in medio et in fine.

Tenor autem baylie talis est, Die veneris VIII decembris, Dominus potestas predictus celebravit conscilium prime et secunde credencie et domini capitanei et rectorum societatis militum per nuncium in exercitu obsidionis Castagnolarum subter travacam comunis congregatorum super infrascriptis. Inprimis cum per sapientes civitatis astensis alias previsum fuerit quod dominus potestas capitaneus et quatuor haberent bayliam previdendi et examinandi pacta comitis Manuellis que coram ipsis fuerunt lecta et meliorandi ipsa pacta pro comuni ad eorum voluntatem prout melius possent reddocendo illud quod facerent ad maius conscilium et ipsa pacta melioraverint prout dominus potestas dicit, petit conscilium quid volunt fieri super ipsis, Dominus philipus scarampus consulit quod dominus potestas Capitaneus et quatuor plenam bayliam habeant complendi et ad effectum perducendi ipsa pacta et ipsum tractatum pro comuni ad eorum liberam voluntatem aliquo conscilio vel reformacione aliqua vel aliquo capitulo non obstante. In reformacione cuius conscilii placuit quasi omnibus quod domini potestas, Capitaneus et quatuor plenum habeant arbitrium et bayliam pro comuni et nomine et vice comunis astensis habeant et habere debeant plenum arbitrium auctoritatem et bayliam administracionem et licenciam generalem et liberam potestatem atque mandatum dicendi tractandi ordinandi faciendi gerendi et administrandi promitendi contrahendi paciscendi transigendi obligandi ipsum comune specialiter et generaliter et bona ipsius comunis et hominum civitatis ast et districtus eiusdem et firmandi statuendi et ordinandi et ad effectum perducendi quicquid et omnia ea et singula que voluerint quocumque modo et quacumque forma et causa et sicut voluerint cum predictis dominis Comite Manuelle et Nepote et cum quibuscumque voluerint pro eis et quolibet eorumdem Et eisdem dominis potestati Capitaneo et quatuor videbitur ubicumque et quandocumque concordiam et pacem faciendi et ordinandi pacta conventiones et stipulaciones promisiones firmandi faciendi etiam componendi quecumque et quascumque concessiones inmunitates et libertates concedendi dandi ordinandi faciendi firmandi et adimplendi statuta et ordinamenta condendi et fieri faciendi pacem finem quitationem et absolucionem et pactum de non petendo faciendi recipiendi et jura quecumque et quacumque occasione recipiendi et acquirendi quocumque titulo et causa quacumque sicut voluerint et quocumque modo voluerint et eis videbitur promitendi pro dicto comuni et obligandi ipsum comune et bona ipsius comunis in omni contractu et modo et sub quacumque forma condictione et specie obligacionis tam cum sacramento et pena quam alio modo et forma que dici vel excogitari possit et sindicum seu sindicos et procuratores una vice et pluribus pro dicto comuni et nomine ipsius comunis constituendi et ordinandi sicut voluerint et quocumque modo et forma et causa voluerint Et demum ad omnia alia et singula faciendi et ad effectum perducendi que conscilium et comune et tota universitas civitatis astensis facere posset, Dando

et concedendo dictis potestati Capitaneo et quatuor sapientibus liberam et generalem administrationem in omnibus et singulis supradictis et infrascriptis omnium bonorum et rerum comunis. Tali modo et forma quod quicquid et omnia ea et singula que predicti potestas Capitaneus et quatuor dixerint tractaverint ordinaverint constituerint administraverint gesserint fecerint promiserint contraserint pacti fuerint transigerint obligaverint firmaverint ad effectum perduxerint super omnibus et in omnibus et singulis supradictis pro comuni astensi et nomine et vice ipsius comunis astensis ex nunc et ex tunc valeant et teneant et rata et firma permaneant et perpetuo plenum robur et auctoritatem obtineant et inrevocabilem firmitatem et in omnibus attendantur et observentur ac si per totum conscilium generale civitatis astensis et per ipsum comune dicta tractata ordinata firmata constituta administrata gesta promissa contracta facta tractata obligata firmata iurata et ad effectum perducta essent, Ita quod in predictis vel aliquo predictorum non audeat quis dicere presumere vel attentare aliquo modo vel ingenio nec aliquo modo vel tempore de iure vel de facto dicere facere vel venire contra predicta vel aliquod predictorum. Non obstante super predictis et quolibet predictorum et que per ipsos fient eo quod continetur in baylia eis primo concessa quod non possint audire nec facere pacem vel concordiam cum predictis comitibus prout continetur in ea, Et capitulo quo cavetur ne baylia concedatur nisi prius lecta et scripta fuerit Et quolibet alio capitulo statuto vel ordinamento conscilio publico vel privato facto vel faciendo vel quod fieri posset. Que omnia capitula statuta et ordinamenta in eo quod essent vel venirent contra predicta vel aliquod predictorum ex certa scientia pro bono et utilitate comunis astensis cassaverunt et irritaverunt et nullius momenti seu valoris esse voluerunt predicti capitaneus Rectores et credendarii omni iure et modo quo melius potuerunt interrogatis Rectoribus et credendariis de ore ad hos more solito. Et inde dicte partes duo instrumenta unius tenoris et plura me notarium requisiverunt et rogaverunt pro ipsis et qualibet earum. Actum in domo filiorum uberti prevengi quondam, Testes interfuerunt vocati et rogati Dominus philipus scarampus, guillelmus garretus de lavezolis, francischus de benengo, Galvagnius peyla et Jalneus de poncio. Et ego Jacobus malbechus notarius palatinus interfui et sic scripsi et hoc unum instrumentum pro dictis Comitibus feci.

Item eodem anno et indicione die martis xviii decembris presentibus allegrino bochonoto precone, Arnaldo de Solayrolio nuncio et bucheta nuncio. petro laurencio notario et petrino de stoerda testibus advocatis in pleno et generali conscilio civitatis astensis voce preconis et sono campanarum more solito convocato et congregato super voltis sive palacio comunis astensis ecclesie sancti secundi de mercato astensi, Dominus Henricus de tanghetinis potestas astensis voluntate conscilio et consensu domini bertrami de Carcheno capitanei populi astensis et Girbaldi bergognini et sociorum rectorum societatis militum et quatuor sapientum civitatis astensis et credendariorum prime et secunde credencie jam dicte civitatis et dicti capitaneus et Rectores et quatuor et credendarii voluntate et consensu et auctoritate et decreto dicti domini potestatis nomine et vice comunis astensis et presentibus dictis domino Manuelle comite et Antonio eius nepote ipsum dominum Manuellem comitem suo nomine filiorum et heredum suorum et dictum Antonium eius nepotem suo nomine et nomine heredum suorum in cives civitatis astensis sub modis et formis et pactis et conventionibus et conditionibus que superius continentur et ad postulacionem dictorum comitum nomine et vice comunis astensis ratificaverunt et approbaverunt omnia et singula supradicta, Et ipsis comitibus sollempniter stipulantibus et recipientibus eorum propriis nominibus et nomine et vice filiorum et heredum suorum promiserunt omnia et singula supradicta in perpetuum rata et firma habere et tenere et attendere et observare et facere et complere et fieri facere et compleri et nullo tempore contrafacere vel venire et nullo modo revocare vel retractare aliqua occasione iure vel modo. Et insuper dicti potestas capitaneus Rectores, quatuor sapientes et credendarii corporaliter tactis scripturis ad sancta dei Evangelia juraverunt. Et versa vice dicti dominus Manuel Comes pro se et filiis et heredibus suis et suo nomine et nomine filiorum et heredum suorum et dictus antonius suo nomine et nomine heredum suorum in dicto conscilio presentibus dictis dominis potestate Capitaneo Rectoribus et quatuor sapientibus et credendariis nomine et vice comunis astensis et ad postulacionem ipsorum recipientium ratificaverunt et approbaverunt et fecerunt et donaverunt et remiserunt omnia et singula supradicta et in omnibus et per omnia prout superius continetur, Et ipsis potestati Capitaneo Rectoribus et quatuor sapientibus et credendariis nomine et vice comunis astensis promiserunt omnia et singula supradicta et in omnibus et per omnia prout superius continetur rata et firma habere

et tenere imperpetuum et attendere et observare et facere et complere et fieri facere et compleri et nullo tempore contrafacere vel venire et nullo modo revocare vel retractare occasione minoris etatis vel alia occasione jure vel modo. Renunciantes beneficio minoris etatis et omni juri. Et insuper dicti dominus Manuel et Antonius Comites corporaliter tactis scripturis ad sancta dei Evangelia iuraverunt. Nomina credendariorum et illorum qui iuraverunt sunt hec. Ubertus bertaldus, Petrus beccaria, Ubertus palidus, Thomaynus caço, dominus duniotus de solario, dominus philipus scarampus, Girbaldus bergogninus, dominus Ogerius Rotarius, Raymundinus garetus, francischus pelleta, franceschinus de castagnolis, franceschinus palidus, Jacobus bovetus, Manuel bertramus. Conradus becaria, bonete de solario, Centorius straçatus, henricus morus, Rollandus scarampus. facinus ysnardus, Guillelmus de berbino, Guillelmus Rabia, Jacobus de ferreriis, florius Rotarius, Secundinus laurencius, Jacobus de archu. Conradinus scarampus, Robertus pelleta, franceschinus alferius, Rollandinus alferius, Obertinus de gorçano, Thomas bellonus, Obertus de Ralvengo, Jacobus de cathena, Spinellus bertaldus, Gualeta alferius, Guillelmus Rotarius, loysius gutuerius, Tartarus de solario, Ardicio de solario, raimundinus pelleta, franceschinus de antegnano, Henricus ypolitus, Obertonus Rotarius, Georgius Rotarius, Galvagnus mignanus. Ubertus pulsavinus, Nicholinus caço, Mayfredus garetus, Persavallus mançinella, baldrachus pelleta, Jacobus bulla, Conradus Malabayla, Petrus mançinella, loysius de solario, Georgius de antegnano, Panceta pelleta, Sinibaldus de solario, Paganus Mignanus, Georgius asinarius, Albertinus mançinella, Manuellinus garetus, Guillelmus testa, Guillelmus de aracio, Jacobus morandus, Alexander Malbechus, Galterius guarleta, petrus de solario. dominus Ubertus de castro novo, Guillelmus pennacius, poncius bergogninus, petrinus pelleta, Dominus Guillelmus brunus, Vivaldus Rogla, vivaldus cassanus, Philipus de sancto Johanne, Thomas de montevetulo, Johannes de castellario, Naçarus laurencius, Jacobus de castronovo, Manuel gardinus, Jacobus Correçarius, Guillelmus de Rocha, berardus de ulmo, loysius garetus, Obertinus Gomundus, Albertus rotarius, perinotus garetus, Guillelmus de vado, Guillelmus garetus, Alleramus bergogninus, Johannes de castagnolis, Roffinetus alferius, Marengus caço, dominus Guillelmus gardinus miles, Dominus henricus alferius, Jacobus valbella, Galvagnus peyla, Georgius Rastellus, Johanninus de burbure, Guillelmus de Açano. Guillelmus Sicardus, Guillelmus de Janua. Jacobus de porta, Jacobus boyola, petrus bochonus, Henricus de Ruata, Anselmus de burbure, Jacobus ragius, Mayfredus rasparellus. Guillelmus Casteglonus, Persavallus barletus, Roffinus de ecclesia, Rollandinus guarleta, Alexander de porta, Thomas de troya, philipus de platea, franceschinus layolius, florius cassanus, Rollandinus de cathena, Jacobus pru guaynerius, dominicus bertaldus, Henricus de septimis. petrinus de vivario, Girbaldus pelleta, Rollandus Thomas, Daniel palidus, fulchetus asinarius, Dominus Manuel gutuarius, dominus durnaxius de durnaxio, paganus Marronus, Dominus balduinus de curia, Jacobus gutuarius, Guiotus de castronovo, Guillelmus de laveçolis, Daniel ysnardus, Johannes fiçerius, leo de Ralvengo, Guillelmus ysnardus, Thomas asinarius, Obertus Ricius, Jacobus alamanus, Obertus troya, Henricus de monte, Guillelmus fusnellus, Aycardus de viglano, Guillelmus secundus, Guillelmus de porta, fredelicus bovetus, peronus palidus, Gilius cassanus, Georgius palidus, Açius palidus, Antonius rotarius, Andreyta gutuarius, Antonius bertramus, loysius bertramus. Saglenbene cassanus, Thomas de archus. Guillelmus novellus. henricus Machalufus, Simoninus rotarius, Henricus gutuarius. Et inde dicte partes me notarium duo instrumenta et plura unius tenoris requisiverunt et rogaverunt quorum hoc est factum pro dictis Comitibus. Et Ego Jacobus Malbechus notarius palatinus interfui et sic scripsi.

Et Ego Thomas bellonus notarius palatinus autenticum huius novi exempli vidi legi exemplavi et autenticavi nichil in eo addens vel minuens preter forsam punctum vel sillabam solam tamen parcium significatione retenta et me subscripsi ac meum signum apposui.

Et Ego berardus bellonus notarius palatinus autenticum huius novi exempli vidi legi et excutavi et sicut in ipso continetur sic et in isto novo continetur exemplo et me subscripsi.

Et Ego Guillelmus bellonus notarius palatinus auctenticum huius novi exempli vidi legi et excutavi et sicut in ipso continetur sic et in isto novo continetur exemplo et me subscripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1036. *Astensis popelli plebiscitum.* 1299. 3 februarii.

Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono Indicione XII[a] die martis tercio mensis februarii actum ast super voltis de dom ubi conscilia celebrantur testibus presentibus petro de fringo

Guillelmo rasparello et henrico de septimis. Quorum presencia dominus Girardus de tornaquintiis capitaneus populi civitatis astensis precepit michi Rollando Ricardo notario quatenus ad postulacionem vivaldi Rogle de infrascripta peticione et requisicione et dicto naçarii bartholomei et reformacione infrascripta cartam facerem ut vim et robur et efficatiam publici obtineat instrumenti, Tenor cuius talis est, hoc eodem anno et indicione et die dictus dominus capitaneus celebravit conscilium generale societatis populi minuti astensis per campanas et nuncios more solito congregatum super voltis de dom super infrascriptis, Imprimis etc. Item super infrascripta peticione vivaldi Rogle et lecta in presenti conscilio tenor cuius talis est, Cum per dominum Guidotinum vicecomitem olim potestatem astensem et dominos thomam rotarium, Berardum bunium et Galvagnaninum asinarium loco boniohannis asinarii de consensu domini Joannis de ferareis judicis et assessoris domini Guillelmi rubei tunc capitanei populi civitatis astensis ad preces et requisitionem Rectorum minutorum quatuor societatum populi predicti eorum nomine et nomine leonis siboneugi eorum socii in officio de quatuor sapientum civitatis astensis ex auctoritate et vigore baylie eisdem concesse et comisse a conscilio Rectorum minutorum et ducentorum sapientum dicti populi habentium bayliam a generali conscilio civitatis astensis super universis negociis comunis dicti concessum et promissum fuerit nomine comunis astensis et populi quod vivaldus Rogla haberet et habere deberet tantam quantitatem de terris et possessionibus quas habebant illi de monteferrato et de parte montisferrati in loco posse et territorio tongi vel alibi in posse astensi vel in terra quam tenet comune astense quantam habebat et tenebat dictus vivaldus ante guerram proxime preteritam que fuit inter comune astense ex una parte et marchionem montisferrati ex altera, in loco posse et districtu casurcii que terre et possessiones occupate erant per dictum marchionem et ipsos et ipsas terras et possessiones habuit dictus vivaldus et ei decrete et assignate fuerunt per Johannem de platea et socium ad hoc deputatos, Tali videlicet modo quod si dictus vivaldus posset recuperare terras et possessiones quas habebat in casurço quod inde esset contemptus prout in scripturis inde factis plenius continetur Et dominus Joannes marchio montisferrati vellit restituere dicto vivaldo terras et possessiones quas ipse habebat et tenebat in casurço ita tamen quod idem vivaldus terras et possessiones ei decretas et assignatas in cambium terrarum et possessionum casurcii restituat illis qui eas tenebant et possidebant ante asignationem predictam, Exponit coram vobis domino capitaneo rectori minutis et conscilio populi minuti civitatis astensis dictus vivaldus si placet vobis quod ipse faciat restitucionem predictam et accipiat restitucionem dicti marchionis, Ita tamen et sub tali condicione et modo quod si contingeret dictam restitucionem terrarum et possessionum casurcii inpediri vel molestari seu turbari dicto vivaldo per dictum marchionem vel suos quod idem vivaldus possit in illo eventu recuperare terras sibi decretas et assignatas per comune astense et eas intrare de voluntate comunis et populi astensis ad eius liberam voluntatem et eas tenere sicut ante tenebat et quod dicta societas teneatur ipsum vivaldum manutenere in predictis sicut prius. Naçarius bartholomeus consulit super peticione vivaldi Rogle predicta quod fiat et procedatur in omnibus et per omnia prout in ea continetur. In reformacione cuius conscilii inde facto partito solempniter per dictum dominum capitaneum placuit omnibus super facto peticionis vivaldi Rogle predicte quod fiat et observetur in omnibus et per omnia prout in eius requisicione seu peticione plenius continetur et prout consulit predictus naçarius bartholomeus. Et ego Rollandus Ricardus notarius palatinus predicta extraxi de libro consciliorum publicorum dicti populi et precepto dicti domini capitanei sic scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

## 1037. *Pecuniae mutuatio lege mercatoriae societatis.* 1301. 27 aprilis.

Anno domini millesimo Trecentesimo primo Indictione XIIIJ. die jovis XXVIJ. mensis aprilis, In presencia testium infrascriptorum, Confessi fuerunt Berardus correzarius et Loysius eius filius consensu et voluntate dicti patris sui *sese in acomanda et nomine acomande et societatis mercandie* habuisse et recepisse a domina Bonaver uxore domini Johannis de castagnoliis quondam et ab Andrea de serra libras centum bonorum denariorum astensium maxime causa mercandi et negociandi de ipsis denariis in arte et misterio quam et quod operantur in civitate astensi quam melius poterunt et sciverint bona fide, Renunciando exceptioni non numerate et non recepte pecunie fori privillegio et omni alii exceptioni et juri, Quam pecunie quantitatem dicti Berardus et Loysius promiserunt unusquisque eorum principaliter et in solidum predictis domine Bonaver et Andree stipulantibus et cuilibet eorum

insolidum, Ita quod quilibet eorum insolidum possit hoc debitum petere exigere ac recipere cum effectu uni tamen facta solucione ab alio liberentur, dare et solvere eis aut alteri eorum vel ipsorum certo nuncio in denariis numeratis in civitate astensi usque ad unum annum proxime venturum cum illa parte lucri que deo propicio proveniet et haberi et percipi poterit ex ipsis denariis vel tantum minus ipsa quantitate quantum esset quod absit dampnum si quod contigeret ex mercandia que fieret de dictis denariis sine dolo et culpa dictorum Berrardi et Loysii vel alterius pro eis, Quod si non fecerint et solverint ut predictum est promiserunt dicti berrardus et loysius quisque eorum insolidum predictis domine Bonaver et andree stipulantibus restituere omne dampnum expensas et interesse que et quas proinde fecerint incurrerint vel substinuerint eundo redeundo stando causa judicio mutuo premio vel alio quocumque modo, Credendo de hiis eorum verbo semplici sine testibus et sacramento et qualibet alia probacione. Insuper promiserunt dicti debitores eisdem creditoribus quod occasione dicti debiti mobile non jurabunt nec libellum petent nec huius vel alterius instrumenti exemplum nec pacientur inde fieri querimoniam in scriptis coram aliquo potestate judice vel magistratu ipsi vel alter eorum sed dictam solucionem facient ut predictum est, Sub pena solidorum LX astensium, quam penam promiserunt quisque eorum insolidum eisdem creditoribus stipulantibus vel alteri eorum dare et solvere tociens quocies contra predicta vel aliquod predictorum factum vel ventum fuerit, Ratis semper manentibus omnibus et singulis hoc instromento contentis, Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis dicti Berardus et loysius quisque eorum insolidum omnia eorum bona eisdem creditoribus pignori obligaverunt, Renunciando in omnibus et singulis suprascriptis novis constitucionibus, epistole divi adriani et omni alii exceptioni et juri, Et quia dictus loysius minor videbatur annis XXV maior tamen XV juravit corporaliter ad sancta dei evangelia nullam restitucionem impetrare contra predicta vel aliquod predictorum pretextu minoris etatis vel cuiuscumque alterius racionis vel cause Renunciando beneficio restitucionis in integrum et omni privilegio minoris etatis. Actum ast in burgo sancte marie nove in domo monasterii sancte agnetis qua moratur dicta domina Bonaver, Testes interfuerunt vocati frater Germanus de montemagno, frater Raynerius de thongo conversi dicti monasterii et Rollandus sarrachus pelliparius. Et Ego Bertolotus de primellio notarius palatinus interfui et rogatus sic scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1038. *Leonhardus Solarus morti proximus se faeneratorem confitetur fuisse atque usuris ad* 5000 *librarum surripuisse ac praesertim* 300 *libras episcopi detrimento: quare eam rei familiaris partem legat episcopo qua opus fuerit ad pecuniam, quam iniuria rapuerit, reddendam.* 1304. 19 septembris.

Anno domini Millesimo Trecentesimo quarto, Indictione secunda die decimonono mensis septembris. In presencia testium infrascriptorum. Leonardus de solario civis astensis gravi corporis sui infirmitate gravatus sanus tamen mentis existens volens saluti sue anime providere confessus fuit et recognovit in presencia et in manibus venerabilis viri domini arnaldi de platea prepositi astensis vicarii Reverendi patris domini G. dei gratia episcopi Astensis ac mei notarii infrascripti se fuisse peccatis suis exigentibus usurarium manifestum et exercuisse per se et alios usurariam pravitatem ac extorsisse magnam quantitatem pecunie ex facinore usurarie pravitatis. Et interrogatus per dictum dominum vicarium nomine dicti domini episcopi et nomine omnium quorum interest et interesse posset ac si presto essent a quibus habuit et extorsit dictas usuras, Qui leonardus respondit de certis usuris de quibus recordatur se habuisse a dicto domino episcopo libras trescentas astensium nomine et occaxione usurarum, dicens quod de aliis personis a quibus dictas usuras habuerit non recordatur, Item interrogatus per dictum dominum vicarium quantum potuit recepisse de usuris de quibus et a quibus personis non recordatur, Qui leonardus respondit se habuisse de usuris incertis libras quinque milia volens et precipiens ac mandans in manibus dicti domini vicarii et coram me notario infrascripto recipientibus nomine et vice dicti domini episcopi et omnium aliorum quorum interest vel intererit seu interesse posset ac si presentes essent quod de bonis dicti leonardi mobilibus et inmobilibus ubicumque sint et inveniri possent et in quibuscumque rebus consistant fiat restitutio plenarie et integre ante omnia dicto domino episcopo predictarum librarum trecentarum, Nec non omnibus aliis

et singulis de usuris et male ablatis per ipsum habitis seu per alios eius nomine illis personis a quibus constaret ipsum leonardum vel alium pro eo dictas usuras recepisse de bonis ipsius leonardi. Mandans insuper et volens quod restitutio predictarum usurarum fiat sine iuris ordine et solempnitate iudiciorum et causarum strepitu absolvens predictum dominum episcopum et omnes alias personas ab omni eo et toto quod idem leonardus vel alius pro eo possent petere cum carta vel sine carta ab ipso domino episcopo vel aliis quibuscumque personis nomine et occasione usurarum, Et voluit et iussit quod si aliqua instrumenta vel scripturas ipsius leonardi reperirentur penes ipsum vel alium que continerent usuram quod in eo quod usuras continerent sint casse et irrite et nullius valoris quo ad dictas usuras et quod in iudicio vel extra quo ad dictas usuras non possint conveniri vel molestari nisi quo ad sortem tantum, Et si aliquid dictus leonardus occaxione usurarum de debitis contentis in instrumentis vel scripturis ultra sorte recepit voluit quod in sorte seu capitali computetur insuper iussit et voluit quod de predictis libris quinque millibus fiat restitutio et dentur ac convertantur in pios usus et inter pauperes pro remedio anime sue et omnium aliorum a quibus dictus leonardus habuit dictas usuras per predictum dominum episcopum vel alium prout dicto domino episcopo videbitur expedire pro saluti et remedio anime dicti leonardi et ut possit fieri plena restitutio predictarum librarum CCC. predicto domino episcopo et aliis personis quibuscumque a quibus constaret dictas usuras habuisse nec non dictarum librarum V. M<sup>a</sup> omnia sua bona mobilia et inmobilia habita et habenda ubicumque sint et inveniri possent et in quibuscumque rebus consistant dedit et donavit pure et simpliciter et inrevocabiliter inter vivos dicto domino vicario et michi notario infrascripto recipientibus nominibus quibus supra. Que omnia bona et singula dictus leonardus confessus fuit se tenere et possidere nomine dicti domini episcopi et omnium quorum interest seu interesse posset et ipsorum nomine se possessorem constituit vel quasi quousque idem dominus episcopus vel alius pro eo de predictis corporalem possessionem vel quasi acceperit quam quidem possessionem idem dominus episcopus vel alius pro eo accipere et ingredi et aprendere possit et ei liceat quandocumque voluerit ad suam liberam voluntatem sine contradictione dicti leonardi et eius heredum et omnium aliarum personarum et sine auctoritate alicuius iudicis vel magistratus ad quam possessionem aprehendendam dictum dominum vicarium nomine dicti domini episcopi procuratorem constituit suo et predicto nomine ut in rem suam et aliorum quorum interest vel interesse poterit voluit eciam dictus leonardus quod dicta bona sua idem dominus episcopus per se vel alium possit libere vendere alienare distrahere pignori obligare et de ipsis quoscumque contractus facere arbitrio ipsius domini episcopi ut possit fieri et haberi plena restitutio dictarum usurarum tam certarum quam incertarum submittens se iurisdictioni dicti domini episcopi et eius vicarii. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis idem leonardus dicto domino vicario et michi notario infrascripto recipientibus nominibus quibus supra omnia sua bona pignori obligavit iurans insuper in manibus dicti vicarii stare mandatis Ecclesie et contra predicta vel aliquod predictorum per se vel alium non contrafacere vel venire. Actum Ast in domo Authonii de montilio et fratrum ubi ipse leonardus morabatur, Interfuerunt testes vocati et rogati presbiter dominicus, presbiter fredelicus de favis grossis Cremonensis, Cappellani Ecclesie maioris astensis, frater Jacobus caçho, frater Jaconus de solario et dominus Bonifacius de solario, qui dicitur podius varinus. Et ego Jacobus sarrachus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus hanc cartam scripsi.

(E *Libro viridi* astensis Ecclesiae).

1039. *Astense municipium atque extorres Amadeum, Sabaudiae comitem, et Philippum, Achaiae príncipem, deligunt ad componendas discordias.* 1309. 5 augusti.

Anno domini Millesimo Tercentesimo Nono, Indicione septima die martis quinto mensis augusti. Actum ast super voltis de dom ubi conscilia celebrantur, Testes interfuerunt dominus Guillelmus provana iudex dominus Oddo de megloreto Index obertus carençanus notarius, Guillelmus novellus notarius et roffinus de pernice notarius. In nomine domini amen. In presencia mei notarii et testium suprascriptorum. Noverint universi et singuli hoc presens instrumentum publicum inspecturi, quod dominus Tholomeus de cortexiis miles potestas civitatis astensis de consensu et voluntate domini Frederici troti capitanei populi ac omnium infrascriptorum credendariorum ipsius civitatis super voltis de dom

more solito voce preconis et campanarum sonu et loco consueto in consilio generali dicte civitatis congregatorum ubi due partes credendariorum et ultra ac ipsi credendarii quorum nomina inferius describuntur excepto tres vel circa auctoritate ipsius potestatis fecerunt costituerunt et ordinaverunt in sindicum et procuratorem et auctorem specialem illum quem illustris dominus phylipus de sabaudia princeps acaye et dominus Ugo de Rupecula miles duxerint nominandum et eligendum nomine et vice eorum et comunis et universitatis astensis ad tractandum pacem concordiam et tranquilitatem cum forensitis de ast et eorum universitate seu parte coadiutoribus et singularibus personis ipsius partis et ad dandum concedendum et tribuendum magnificis viris dominis Amedeo comiti sabaudie et phylipo de sabaudia Acaye principi bayliam auctoritatem et liberum arbitrium faciendi quoque complendi tractandi procurandi pacem concordiam tranquillum statum et Reformacionem bonam pacificam et tranquillam si et prout eis videbitur expedire inter civitatem astensem comune universitatem et speciales personas ac coadiutores subditos et vassallos ipsius civitatis ex una parte et dictos forenssitos de dicta civitate coadiutores et singolares personas eorum partis ex altera, Et ad compromittendum et compromissum faciendum in dictos dominos tamquam in arbitros arbitratores et amicabiles compositores de omnibus discordiis et controversiis vertentibus seu que verti videntur inter ipsam civitatem, comune, universitatem singolares personas coadiutores et sequaces subditos et vassallos dicte civitatis ex una parte et dictos forenssitos de Ast universitatem ipsorum sequaces et coaiutores eorum ex altera, Item apponendi addiciendi levandi et capiendi exigendi et excutiendi penas et multas banna et precepta quecumque realia sive eciam personalia a quocumque et contra quemcumque dicti comunis universitatis civitatis predicte ac sequaces et coadiutores ipsorum caucionesque et securitates quascumque interponendi capiendi et exigendi et excuciendi ac eciam iurandi in animas eorundem et omnia et singula agendi faciendi et prosequendi que ad perfectionem et executionem pacis huiusmodi utilia et necessaria videbuntur, Dantes et concedentes dicti potestas capitaneus et credendarii eidem sindico et procuratori in omnibus premissis et quolibet premissorum plenam et liberam et generalem administracionem quamcumque plenior et liberior potest aliqua concessione concedi, gerendi faciendi tractandi procurandi proficiendi et complendi omnia et singula supradicta ac omnia et singula faciendi que quilibet verus et legittimus procurator sindicus aut nuncius specialis facere potest et debet et que ipsi facere possent si presentes essent eciam si mandatum exigerent speciale, Promittentes dicti potestas Capitaneus et credendarii michi notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice dicte universitatis forensitorum et singularium personarum de eorum parte sequacium et coadiutorum ipsorum et cuiuscumque persone cuius interest vel interesse posset ratum firmum atque gratum habituros perpetuo quidquid per dictum sindicum et procuratorem actum gestum firmatum tractatum completum perfectum prosecutum seu eciam procuratum fuerit in predictis et quolibet ipsorum sub obligacione omnium bonorum dicti comunis et universitatis astensis ac singularium personarum ipsius civitatis volentes dicti potestas capitaneus et credendarii quod sindicatus predictus duret dum taxat per VIII. dies continuos proximos et completos. Nomina vero dictorum credendariorum sunt hec: dominus philippus de viallo, Guillelmus spa, Guillelmus de vayo, Raymundus faletus, Guillelmus de rodello, Georgius Alionus, Johannes de platea, Dominus Jacobus malabayla, Johannes Alionus, Roffinetus rex, bartholomeus tamarellus, Henricus reverditus, Godinus faletus, Guillelmotus rubeus, Jacobus carençanus, Laurencius de sancto Stephano, Nicholinus alionus, Thomas crespinus, Johanotus layolius, Guillelmus de açano, Roffinus mulacius, Jacobus valmanaria, loysius correçarius, Johannes baletus, vivandus de boçolasco, Andrea iosbertus, Asçermus de Arpeçano, Georgius vacha, Jacobus bovetus, Guillelmus de pace, Manfredus follus, Jacobus de monteleucio, Ogerius de vayo, Andreta de porta, Girardus de montrexono, loysius de antegnano, Robertinus de antegnano, Rofflinus de basegnana, Jacobus alionus, Guillelmus de plana, Ubertetus de platea, Obertinus de barbino, Roffinus foacetus, Secundus filius cerruti, Franciscus pedagerius. Vivaudus pintor, Abelloneus malabayla, dominus Ricardus de gorçano, henricus prevengus, Jacobus oxellinus, Bonus Johanus Abelloneus, Anthonius ferrerius, leo silvanus, Benedictus morralia, Gorçanus asinarius, Alexander asinarius, Petrus barberius, Jacobus afaytator, Petrus de archu, Guillelmus çabotus. Oddoardus layolius, Antonius rotarius, Johannes rotarius, Rubeus bertandus, Franciscus çoaterius, Oddo gorçanus, bastardus baberius, Roffinus de fina, bertramus caço, Testa de solario, Andreta de solario ancianus, Rolfinus de comentina. Obertus troya, Alleramus layolius, Dominus berardus de solario, Martinus Alferius, dominus fredericus alferius, berthola tonditor, vivaudus fornarius, Raynerius aliachus,

Carruotus carrutus, xandrinus malbechus, Mignanus de mignanis, Maynfredus, de giroldo, Guillelmus rasparellus, petrus laurencius, Guillelmus fornarius, Stephaninus faletus, Robertus caudera. Guillelmus maritanus, ugo vilanotus, Anthonius pollastra, Guillelmus baruscus, Oddinus de curia, façonus caresonius, Johannes de burbure, Raimundus bayuerius, Simon faber henricus de montariorio, fredelicus de gorçano, bonefacius de montariorio, Jacobus de valloria, henricus troya, Gilius de votis, Andreas rastellus, leo faletus, bartholomeus Ricius, Obertus carençanus, Andreas de capitemontis, Arondella grometus, bartholomeus goslinus, Guillelmus durandus, Marchetus iosbertus, bartholomeus ferrerius, Jacobus gallea, Ogerius pedagerius, laurencius tabulerius, Anthonius caço, Dominus Guillelmus caço, Florius pelleta, Martinus mignanus, Manfredus sbarratus, Oddoninus Asinarius, petrinus cacayne filius francisci Jacobus carencanus, Guillotus rubeus, Jacobus luçotus, Jacobus bellonus, franciscus de vallefenaria, Henricus carencanus, Anthonius bulla, Georgius ypolitus, Merlinus mignanus, Petrus beccus, barrera asinarius, leo de alfiano, Jacobus magisterbonus. Anthonius neveotus, Gualeta carençanus, Rubeus scaça, ubertus de plano, Petrus de pado notarius, facinus grena, Jacobus conçia, Guillelmus grasverdus, Georgius palidus, Guillelmus de burbure, Thomas de sancto Juliano, Facius nanus, Thomas gallus, Ardiçio straçatus, petrus guercius, Petrinus grasverdus, Obertonus asinarius, Jacobus de villa pintor, Guillelmus de bruno, Jacobus de montemorerio, Josbertinus iosbertus, Alcherinus de curia, Marchetus iosbertus, Macharius murator, Manfredus de vayo, Albertinus de monbonino, Roffinus de pernice, Thomas de montrexono, Georgius de canonica, Oddoardus pelleta, uricus barberius, Guillelmus vellerutus, Raxoninus asinarius, loysius turellus. Rollandinus asinarius, lombardus asinarius, facinus falacorre, Facinus de ponte, Jacobus granaterius, Johannes de roreto, Jacobus trescha, Obertus morencengus, Franciscus rastellus, Marrochus, de marrochis, Johannes de moriena, Jacobus maçaporrus, Rafael pintor, Maynfredus goslinus, Petrus moycius, Robertus pauper, Raymundus bordinus, Maylanus vialengus, Çivanus tabernarius, Galvagnus bovetus, Robinus de cathena. Et de predictis preceperunt michi Alberto roberto notario infrascripto fieri publicum instrumentum unum et plura eiusdem tenoris.

Item eodem anno et indicione mense et die et loco et presencia et testimonio testium prescriptorum ad hoc specialiter vocatorum predicti potestas Capitaneus et credendarii omnes et singuli nominati eorum nominibus propriis et nomine et vice omnium et singulorum dicti comunis et universitatis Astensis coadiutorum et sequacium eorumdem qui presentem actum ratificaverint infra tempus per infrascriptos dominos costituendum omnes et singuli in concordia existentes exceptis tribus vel circa prout melius et sanius intelligi potest et fieri per presens publicum instrumentum dederunt concesserunt et atribuerunt illustribus viris et magnificis dominis Amedeo comiti sabaudie et phylipo de sabaudia Achaye principi licet absentibus et michi notario subscripto ut persone publice recipienti vice et nomine eorundem auctoritatem plenariam et bayliam et potestatem generalem ac liberum arbitrium faciendi tractandi procurandi complendi et perficiendi pacem et concordiam de omnibus et singulis discordiis guerris inimiciciis controversiis questionibus et rancuris vertentibus seu que verti videntur inter comune et universitatem civitatis astensis et singulares personas coadiutores et sequaces eorundem ex una parte et universitatem forensitorum dicte civitatis et singulares personas coadiutores et sequaces dictorum forensitorum ex altera ad tranquillum et pacificum statum tractandi et procurandi ac eciam perficiendi et complendi inter dictas partes prout de ipsorum processerit voluntate. Compromittentes se se nominibus et nomine et vice dicti comunis et universitatis ac singularium personarum civitatis eiusdem coadiutorum et sequacium eorundem et plenum compromissum facientes in prefatos dominos comitem et principem tamqnam in arbitros et arbitratores de omnibus guerris controversiis inimiciciis questionibus et rancuris vertentibus inter partes predictas prout superius est expressum quacumque occasione vel causa volentes et concedentes quod dicti arbitri et abitratores habeant plenariam et generalem bayliam ac liberum arbitrium super omnibus supradictis et omnibus et singulis descendentibus et demergentibus de predictis dicendi, diffiniendi, pronunciandi declarandi pacem et concordiam et tranquillitatem faciendi semel et pluries ad eorum liberam voluntatem cauciones et securitates quascumque a dictis partibus et personis singularibus dictarum parcium capiendi petendi et exigendi adhibendi quoque et interponendi remedia et cautelas que et quas ad efficaciam predictorum (videbitur) expedire et prout de eorum processerit voluntate penas quoque multas et precepta apponendi addiciendi, faciendi et exigendi ac levandi dicto comuni universitati et a dicto comuni et universitate et singularibus personis ipsius civitatis prout de ipsorum libito et voluntate (fuerit?) servato vel non servato in

predictis ordine juris et omnium solempnitate et judiciorum strepitu per pactum espressem remissis. lite contestata vel non contestata, citatis vel non citatis partibus una citata altera non citata, presentibus partibus vel absentibus, una presente et altera absente prout eis expedire videbitur ut est dictum. Promittentes solempniter dicti potestas capitaneus et omnes credendarii suprascripti michi notario infrascripto ut persone publice stipulanti et recipienti vice et nomine dictorum dominorum comitis et principis ac predictorum forensitorum universitatis et singularium personarum eorundem et omnium et singulorum quorum interest vel interesse posset ratum firmum atqne gratum perpetuo quidquid per predictos dominos arbitros seu arbitratores in predictis et omnibus et singulis descendentibus ex ipsis dictum, pronunciatum, declaratum, cognitum, diffinitum, actum, interpretatum, gestum et sentenciatum fuerit sub penis et remediis que dictis arbitris et arbitratoribus eorum arbitrio levare apponere et excutere videbuntur a partibus supradictis et nullo tempore contrafacere vel venire aliqua racione vel causa de jure vel de facto obligantes predicti omnes et singuli eorum propriis nominibus et quibus supra pro predictis omnibus et singulis firmiter observandis ed adimplendis michi notario recipienti nominibus quibus supra pignori obligaverunt omnia eorum bona et dicti comunis et universitatis renunciantes expresse exceptioni doli mali actioni in factum condicioni sine causa et ex iniusta causa et omni alio beneficio juri et exceptioni canonico vel civili aut eciam municipali et costitucioni et legi cuicumque scripte vel non scripte quibus mediantibus contra predicta vel aliquod predictorum facere vel venire possent sub aliquo ingenio vel colore. Voluerunt insuper et concesserunt ex certa scientia predicti potestas capitaneus et credendarii nominibus quibus supra quod dominus Ugo de Rupecula miles dicti domini domini comitis habeat plenum posse et liberum arbitrium ac bayliam omnimodam super predictis omnibus et singulis tractandi faciendi et procurandi unaa cum dicto domino principe et in absencia dicti domini comitis quidquid pro meliori videbitur prout superius continetur ipsi tamen domino comiti et domino principi diffinitiva sentencia reservata, Hoc tamen expresso quod ipsa diffinitiva sentencia declaretur et proferatur in civitate predicta usque ad festum sancti Michaelis proxime venturum vel ultra dictum festum per xv. dies vel ante si eis videbitur elapso termino predicto predicta baylia expiret et sit cassa et nullius valoris (et) scribatur quod pronunciaverint dicti arbitri per notarium curie dicte civitatis. Cassato et irritato ex certa scientia in pleno et generali conscilio civitatis astensis eodem anno et indicione die veneris xxv. julii capitulo loquente de baylia alicui extraneo non concedendo etc. cum omnibus aliis capitulis huic baylie obviantibus et ipsis renunciando expresse. De) quibus omnibus preceptum fuit michi notario infrascripto unum et plura fieri publica instrumenta eiusdem tenoris. Anno Indicione quibus supra et die sexto mensis presentis augusti in dicta civitate astensi in domo de scarampis in presencia et testimonio domini Guillelmi provanc juris periti, bertini de septimis, Raymondini faleti et marimani de camilla testium ad hoc specialiter vocatorum, Vir magnificus et illustris Dominus phylippus de sabaudia princeps memoratus et vir nobilis Hugo de rupecula miles illustris domini comitis antedicti ex auctoritate et baylia eis concessa per generale conscilium dicte civitatis que quidem auctoritas supra in precedentibus describitur seriatim nominaverunt elegerunt constituerunt creaverunt et ordinaverunt sequentes formam ipsius auctoritatis et baylie Roçinum boçium civem astensem presentem et recipientem in sindicum et procuratorem ac nuncium specialem dicte universitatis comunis et singularum personarum civitatis astensis ad faciendum prosequendum gerendum et complendum omnia et singula que superius exprimuntur juxta potestatem et bayliam in sindico constituendo datam et concessam, Qui sindicus et procurator ut premittitur constitutus et nominatus sindicario et procuratorio nomine dicti comunis et universitatis ac singularum personarum civitatis eiusdem lecto sibi et in eius presencia ac exposito seriatim tenore baylie et auctoritatis concesse et attribute dictis dominis illustribus comiti sabaudie et phylippo de sabaudia principi Achaye et compromissi celebrati in dominos memoratos per generale conscilium ipsius civitatis astensis et toto tenore instrumenti predicti ex certa scientia instrumentum predictum et omnia et singula in eodem instrumento contenta utpote bene recteque gesta laudavit confirmavit ratificavit et approbavit nec non iterum et de novo sindicus et procurator ipse nomine et vice dicti comunis et universitatis ac singularum personarum dicte civitatis dedit et concessit dictis dominis comiti et principi liberam et generalem auctoritatem et bayliam ac liberum arbitrium dictam pacem et concordiam pertractandi procurandi et faciendi ac omnia et singula gerendi et finiendi que eis concessa sunt per formam instrumenti predicti faciendo eciam simili modo plenum compromissum et validum in predictos dominos

eo modo et forma quo factum est per dictum conscilium generale repetis (sic) et reformatis omnibus capitulis et solempnitatibus et obligacionibus in dicto instrumento contentis. Et insuper idem sindicus in animas dictorum potestatis Capitanei et credendariorum dicte civitatis juravit ad sancta dei evangelia corporaliter tacta omnia et singula attendere, observare et adimplere quecumque per dictos arbitros in concordia cognita dicta declarata pronunciata diffinita aut expressa fuerint et non contraventurum ullo modo ullo tempore aliqua racione vel causa, Et habeat locum dicta ratificacio et concessio tam super facto baylie date dominis comiti et principi memoratis (quam) super baylia data domino ugoni de Rupecula militi supradicti, de quibus omnibus et singulis preceptum michi notario infrascripto fieri publicum instrumentum unum et plura eiusdem tenoris. Et Ego Johannes de grixano notarius palatinus predictum instrumentum sive predicta instrumenta abreviatum et abreviata per albertinum Robertum notarium precepto et voluntate dicti Arbertini sic scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1040. *Amadeus, Sabaudiae comes, arbiter statuit, stipendium, quod jam a municipio astensi Philippo sabaudo, Achaiae principi, ob lata quotannis auxilia persolvitur,* 3000 *astensium librarum augendum esse.* 1309. 31 octobris.

Anno dominice nativitatis Millesimo CCCVIIIJ° Indicione VII, Die veneris ultimo mensis octubris, In civitate astensi in domo fratrum minorum, Presentibus domino Ebalo de Augusta milite, domino Hugone de Rupicula milite domino berglone Rivoyra milite, domino Anthonio de bargiis iuris perito et Guidone de saxello ad infrascripta vocatis testibus et rogatis, per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter quod illustris vir dominus Amedeus comes sabaudie ex auctoritate baylivia et potestate sibi super hoc per comune astensis civitatis atributis prout constat per publicum instrumentum compositum ................ ipsis iuribus consideratis et omnibus aliis iuribus et modis quibus melius potuit, Consideratis serviciis et auxiliis factis per magnificum virum dominum Phelipum de Sabaudia principem Achaye Civitati iamdicte et cura diligenti quam habuit circa ipsius civitatis et cives conservacionem felicem, habito super infrascriptis tractatu et colloquio cum potestate, Capitaneo Rectoribus et sapientibus ipsius civitatis ipsisque sapientibus consencientibus volens nomine et vice Comunis predicti remunerationem aliquam ex auctoritatibus sibi concessis facere predicto domino Philipo de predictis serviciis predicto Comuni factis et laboribus per ipsum pro ipso Comuni substentis, Dixit et arbitratus fuit voluit precepit statuit atque ordinavit providendo dicto domino Philipo de here Comunis astensis pro predictis et eorum occasione quod dictus dominus phelipus habeat et habere debeat dum vixerit seu in humanis dum taxat fuerit a comuni astensi et de here ipsius comunis ultra alia que ab ipso Comuni habere debet libras tria milia astensium minutorum annis singulis eisdem terminis penis obligationibus et cautelis quibus inter ipsum dominum Philipum seu alium pro ipso ex una parte et dictum Comune astense seu alios pro ipso Comuni conventum et ordinatum est ipsum dominum Philiphum habere debere quatuor milia et quingentas libras Astensium quas ab ipso ex una parte et dictum Comune astense seu alios pro ipso Comuni conventum et supradictis michi infrascripto notario iubsum est per ipsos dominos Comitem et principem fieri publicum instrumentum.

Et ego urietus Centor de Ripolis publicus imperiali auctoritate notarius hanc cartam fieri vocatus et rogatus scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1041. *Amadeus, Sabaudiae comes, ac Philippus sabaudus, Achaiae princeps, de astensis municipii cum extorribus discordiis arbitri judicium ferunt* an. 1309. 18 decembris, *quod Rubeus de Maoneriis, Philippi sabaudi procurator atque astensis municipii ditionisque tutor, publici juris facit* an. 1310. 19 martii.

Anno domini millesimo tricentesimo vicessimo secundo Indictione quinta die mercurij quinta mensis septembris. Actum Ast in domo machalufforum in qua stat dominus Johannes de Vedano Vicarius Regius Civitatis Astensis. Testes interfuerunt Ruffinus de perdice notarius, et thosanus mignanus de Solario Vocati et Rogati. Quorum presencia dominus Gambarinus de gambarinis Iudex Iusticie comunis Astensis a parte publica precepit michi Aymerico de Gorzano notario publico infrascripto quatenus ad postulationem Uberti Morandj procuratoris et procuratorio nomine Marcheti graxelle

infrascriptum instrumentum auctenticarem et in publicam formam redigerem quod tantam vim et robur obtineat quantam obtinet principale. Tenor cuius talis est. Anno domini millesimo tricentesimo decimo, Indictione octava die decimanona marcij in platea Ville monalis. In presencia et testimonio Morixeti .... loysii gardini, ardicionis gardini. oddonis de ferrariis et Rodulfi de ferrariis testium ad hoc specialiter vocatorum. Tenore huius publici instrumenti cunctis appareat evidenter, Quod accedens rubeus de Maoneriis notarius nuncius et procurator Illustris Viri dominj philippi de Sabaudia principis Achaye conservationis (conservatoris?) pacifici et tranquili status Civitatis Astensis et districtus nec non executoris sentencie arbitralis prolate super pace novissime celebrata inter Astenses ad locum et Villam monalis convocatis et congregatis ad peticionem dicti procuratoris in platea dicte Ville monalis Ubi consuerunt consiliarij et homines dicte Ville congregari communiter consulibus sive locum potestatis tunc existentis dicte Ville et vices eius gerentibus nomine potestatis, consciliariis et capitibus domorum et aliis omnibus hominibus ipsius Ville nomine et vice comunis et Universsitatis eiusdem Ville et eorum propriis nominibus et ibi existentibus et presentibus satis pluribus trium parcium nominibus quibus supra, Quorum conscilium consciliariorum et capitum domorum nomina sunt hec, In partem et pro parte ipsorum hominum, Primo Guillelmus brunellus, Maylanus de morando consules. Jacobus de nigra. Guillelmus trappinus, Obertus archator. Baçanus. Niger trapinus. petrus de motis, petrus gagnonus. Anthonius gagnonus. Henricus gagnonus. Giuglora de plocio. bertola de Odatio. Xandronus de vulpilio. Jacobus de plocio, Guillelmus baverdus. Obertus salvetus. Jacobus gagnolius, Mamfredus luppus. Henricus ansaldus. Nicollinus martinus, Mamfredus malvençutus. Rodulfus malvençutus. Jacobus brayditus, Vercellus Vyare, Obertus Viaro, Maylanus de moris. Petrus ganatius. Petrus maffonus. Philipponus de villeta procurator et nuncius ipse nomine procuratorio dicte conservationis exequendam dictam sentenciam arbitralem divulgavit et patefecit et declaravit ipsam sentenciam arbitralem cuius tenor inferius continetur Consulibus sive locum et vices potestatis tenentibus et gerentibus et capitibus domorum et hominibus dicte Ville predictis debita solempnitate convocatis et coadunatis nominibus quibus supra in eorum presentia ut dictum est nomine et vice eorundem et tocius Universsitatis monalis ac personarum predicte ville, Qua quidem divulgatione et declaratione ut premititur facta per dictum procuratorem nomine predicto de cuius procura et sufficienti mandato ad supra et infra scripta peragenda complenda et exequenda sufficienter constat per publicum instrumentum factum manu Sysmundi de Amalibus notarii eodem anno die vigesima quarta mensis marcij, Idem procurator et procuratorio nomine dicti domini et conservatoris precepit et iniunxit predictis consulibus sive locum et vices potestatis gerentibus et hominibus predictis nomine et vice eorumdem comunis et Universitatis et singularum personarum dicti loci monalis sentenciam ipsam arbitralem in eorum presencia declaratam seriatim attendere debere et servare in singulis capitulis ipsius sentencie et in nullo debeat (*sic*) contraire vel facere sub pena et penis que et quas continet compromissum factum in magnificos viros dominos Comitem Sabaudie et principem eorumdem inter Astenses et arbitralis sentencia subsecuta et sub illis penis quas idem conservator vellet aut posset excutere vel levare de iure a dicta Universsitate et singularibus personis eiusdem contrahentibus (contravenientibus?) ipsi sentencie. Volens insuper atque mandans idem procurator et procuratorio nomine quo supra, quod dominus franceschinus gardinus filius domini Guillelmi gardini nomine dicti domini Guillelmi, cagna gardinus suo nomine et fratrum. Et insuper eorum nominibus et nomine et vice aliorum dominorum et consortum dicti castri et loci monalis singulorum pro partibus suis et eorum contingentibus ex nunc sint et esse debeant in pacifica possessione et quasi possessione iurium ractionum dominiorum dictorum possessionum et Rerum omnium eisdem dominis singulis pro partibus suis per ipsam sentenciam et atributarum et adiudicatorum et adiudicatarum seu contentorum et contentarum in ipsa sentencia iusta tenorem et formam ipsius sentencie, Inducendo predictos dominos eorum nominibus et predictis singulos pro partibus suis modo et forma debitis plene et solempniter in possessionem corporalem et quasi possessionem dictorum iurium ractionum drictuum possessionum et rerum omnium eis adiudicatarum et adiudicatorum per ipsam sentenciam et modo et forma contentis in ipsa et prout et quatenus continetur ibidem, de quibus omnibus tam dictus procurator quam dicti domini eorum nominibus et predictis preceperunt michi notario infrascripto facere publica instrumenta ad quorum omnium peticionem et mandatum factum est per notarium infrascriptum de predictis hoc presens publicum. Tenor autem dicte sentencie arbitralis de qua supra fit mentio talis est. In nomine domini amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo

nono indictione septima die decimoctava mensis decembris, In civitate Astensi in domo scaramppornm in qua moratur dominus Phylippus princeps achaye, presentibus venerabilibus in Christo viris dominis T. dei gratia Episcopo Taurinensi henrico abbate secuxie, bernardo preceptore sancti Anthonij de riversso, domino elbano de augusta, domino Guillelmo de montebello militibus. domino Anthonio de bargis, domino Guillelmo provana, domino ottone de melioreto et domino Johanne de ferrariis iuris peritis. ad infrascripta vocatis testibus et rogatis. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, Quod Illustri et Magnifici viri domini Amedeus Comes Sabaudie et Philippus de Sabaudia princeps Achaye arbitri et arbitratores et amicabiles compositores electi per petrum bochonum sindicum et procuratorem comunis et universsitatis civitatis Astensis ex una parte, de cuius sindicatu et procura (sunt) publica instrumenta composita manu sismundi notarii et Urieti çentoris notarii et aliorum quamplurium notariorum hoc eodem anno mensse die etc. et per dominum francum gutuarium de castello (civem) Astensem sindicum . . . . . . comunis et universsitatis que dici consuevit pars extrinseca de Ast et singularum personarum ipsius partis coadiutorum confiuatorum, amicorum et valitorum ipsius partis, ex altera, de quibus (sindicatu et procu)ra (constat) per publica instrumenta, hoc eodem anno mense et die manibus sismundi et dicti urieti nec non plurium aliorum notariorum, Et prout de compromisso proinde facto in (dictos comitem et principem constat per) (pu)blica instrumenta facta eodem anno per sismundum et alios quamplures notarios ex auctoritate arbitraria et etiam autoritatibus potestatibus et bayliis ipsi Comiti et prin(cipi datis per dictos sind)icos et procuratores et in prenominatis instrumentis plenius declaratur, nec non et concessis per generalem conscilium iam dicte Civitatis prout de ipsa concessione constat per (instrumenta publica) hoc eodem anno mense die etc. manibus Sismundi de canalibus, et quamplurium aliorum notariorum super dicendis ordinandis declarandis et statuendis arbitrandis et laudandis on . . . . . . . . . . . ipsis dominis dicenda videbuntur super pace et occasione pacis Astensis, Et specialiter super hominibus et occasione hominum ablatorum per comune astense quampluribus civibus dicte civitatis temp(ore guerre de) qua umquam pax facta exstitit, et quampluribus coadiutoribus et amicis et valitoribus dicte partis extrinsece superius nominate, cupientes ipsam pacem cum claritate lucere et equitate et instanciam (*sic sed legendum* justicia) caudere nec non in ipsas partes omnem altergandi materiam subrogare, laudaverunt, dixerunt arbitrati fuerunt, preceperunt, mandaverunt, statuerunt, et ordinaverunt, hiis modis bayliis, auctoritatibus potestatibus et iuribus quibus melius potuerunt concorditer et una sentencia, Quod homines et focha hominum Castrorum et villarum infrascriptorum et infrascriptarum Civium Civitatis Astensis et coadiutorum et factorum ipsorum, qui homines capti et ablati esse dicuntur ipsis Civibus et coadiutoribus ipsorum omnes et singuli perveniant in Comune Astense et sint et esse debeant ipsius comunis sub modis et condictionibus infrascriptis, Et ipsis modis et conditionibus adimpletis ut infra sint. Namque dicti homines omnes et singuli dicti comunis in eo et quantum ad hoc tantum quod ipsum comune habeat in eis merum et mixtum et merum imperium et iurisdictionem. Item pacem et guerram exercitus et cavalcatas, et predicta tantum modo ipsum comune habeat in predictis hominibus sub tali condictione et modo, si usque ad unum annum proximum incipientem a festo nativitatis domini proxime venturo et infra dictum terminum, ipsi homines silicet capita domorum solverint integraliter dictis dominis scilicet quilibet colibet (*sic*) caput domus domino suo vel alius pro ipso infra dictum terminum in peccunia et de peccunia numerata pro quolibet focho sive capite domus, sive ibi sit masculus sive non libras viginti quinque Astensis bone monete, talis monete Astensis qualis fuit illa que data et soluta fuit Alferiis pro eorum hominibus montis berssarij, qui ab eis empti et aquisiti fuerunt per dictum comune vel per alios pro ipso comuni, Ita quod fiant ipse solutiones de equivalenti moneta ipsius monete que tunc soluta fuit pro ipsis hominibus, Quod quidem precium ipsi domini Comes et princeps ad dictam quantitatem vigintiquinque librarum ut supra possuerunt tam considerato precio congruo pro predictis remanendis dicto comuni quam eo considerato quod ipsi homines redditus ipsorum denariorum temporibus retroactis sibi retinuerunt de quibus retentis dicti domini Comes et princeps dixerunt et arbitrati fuerunt ipsos homines esse quietos et absolutos solvendo precium supradictum dominis supradictis ut supradictum et ordinatum est, Dicentes arbitrantes supra quod in eo casu in quo predicto termino seu infra predictum terminum non fierent solutiones iam dicti precij prout supradictum est, predicti homines et singuli remaneant ipso iure et ipso facto remansisse intelligantur eorum dominis supradictis et eorum sint pleno iure tam in possessione et quasi quam in proprietate et sicut erant tempore illo quod (quo)

illi de castello et eorum pars exiverunt de Ast vel inde deiecti fuerunt. Item dixerunt et arbitrati fuerunt et ordinaverunt ut supra, quod ipsa Castra loca res et bona et iura fictus dricta, debiture, aquatica, venationes, piscationes, pedagia, successiones, fodra, rossias, carregias, decime, avocatie, Et generaliter omnia bona et iura alia omnia et singula remaneant et sint dictorum dominorum omnium et singulorum in ipsis castris et locis et hominibus ipsorum castrorum et locorum et finibus et territoriis et poderiis eorumdem et quibuscumque aliis propter quod (preterquam) superius expectatis (exceptatis) et denotatis sicut ea habebant et possidebant seu quasi possidebant, in ipsis villis Castris locis et hominibus et Rebus . . . . . . . quibuscumque aliis in ipsis poderiis tempore deiectionis predicte, Ita et tali modo quod in predictis omnibus et singulis et quibuscumque aliis preter (?) quam in superius concessis dicto Comuni et dictis hominibus . . . . . . . . . tis ut supra ipsi domini Restituti sint et esse intelligantur ex nunc ipso iure et ipso facto auctoritate presentis pronunciationis et ordinationis et sint ex nunc in pacifica possessione et quasi possessione (predic)torum, tali modo quod omnes conventiones pacta instrumenta capitula vel ordinamenta quoquomodo facta et per quoscumque quibuscumque hominibus vel aliis que predictis essent contraria vel alicui predictorum ex nunc sint cassa et irrita et nullius valoris, Et pro infectis habeantur ipsas conventiones pacta et instrumenta capitula vel ordinamenta reformationes iuramenta promissiones, societates et generaliter omnia et singula predictis obviantia vel alicui predictorum ex autoritate bayliis potestatibus eisdem dominis comiti et principi concessis et eo alio iure et modo quibus melius potuerunt, cassantes ex tunc irritantes et anullantes. Item dixerunt et arbitrati fuerunt et ordinaverunt ut supra dicti domini Comes et princeps, quod ad hoc ut fienda solvenda iam dictis dominis ex forma presentis pronunciationis et ordinationis seu iuxta istam formam per predictos homines et prosequantur seu prestentur eisdem, quod ipsi domini possint quilibet in suo casu imponere ipsis hominibus et singulis penam et bannum solidorum quinque Astensium et infra in hiis et pro hiis que in ipsis dominis facienda fuerint vel solvenda per ipsos homines et pro deffensione rerum ipsorum dominorum et ipsas penas et banna semel et pluries impositas exigere et exigendi habeant auctoritatem iurisdictionem et potestatem tociens quociens imponentur et comittentur. Item dixerunt et arbitrati fuerunt et ordinaverunt ut supra quod dicti homines compelli non possint per comune Astense aliquo compulsationis modo ad solvendum precium supradictum. Item dixerunt arbitrati fuerunt et ordinaverunt ut supra quod si comune Astense dare voluerit seu dederit auxilium dictis hominibus ad solvendum dictum precium quod pro illo auxilio faciendo vel dando dicti domini compelli non possint per modum talie vel alio modo ad contribuendum vel solvendum aliquid in predicto auxilio vel ipsius occasione. Item dixerunt arbitrati fuerunt et ordinaverunt ut supra quod pendente termino supradicto ordinato pro solutione ut supra facienda possessio et quasi possessio iam dictorum hominum et iurium que debent pervenire in dictum comune modis et conditionibus infrascriptis adinpletis sint in sequestrum penes ipsos dominos Comitem et principem, Ita quod ipsis modis et condictionibus adimpletis iam dicta possessio perveniat in iam dictos dominos ipsorum hominum ipso facto et ipso iure. Item dixerunt et arbitrati fuerunt et ordinaverunt ut supra quod sui predictorum hominum ractione iniuriarum illatarum ipsis dominis ipsos homines inquietare vel molestare non possint nec debeant vel durius aut sevius pertractare et predicta dixerunt arbitrati fuerunt et ordinaverunt ut iam dicti domini Comes et princeps hiis modis et iuribus quibus melius potuerunt per ipsas partes et singulares personas iam dictarum parcium prout unaqueque presens ordinatio tamgere videbitur attendi et observari debere et non contra fieri vel dici vel veniri sub pena in compromisso adiecta et sub aliis penis adiectis et ordinatis in pronunciatione generali pacis Astensis, Hoc salvo et acto expressum et ex certa scientia per predictos dominos comitem, et Principem in principio in medio et in fine presentis pronunciationis et ordinationis, quod ipsi domini Comes et princeps dicunt arbitrantur et ordinant dixerunt et arbitrati fuerunt et ordinaverunt ut supra, salvo iure Ecclesie Astensis in cuius preiudicium (nichi)l dicunt vel dicere intendunt et si dictum reperirietur pro non dicto haberi volunt nisi in quantum eorum dictum esset placibile episcopo Astensi vel per ipsum aprobaretur, Castra autem ville et loca et . . . . orum villarum et locorum et homines atque castra villas loca et ipsorum Castrorum villarum homines suprascripta existendi (estendi) volunt sunt hec, Videlicet Castrum et villam et homines aglani, castrinovi de calcea, Muasche, rochę de Açano, Nevearum, Corsembrandi, Corseoni, Corcavagni, Septimarum et Monalis. Item volentes presentem infrascriptam pronunciationem et declarationem et ordinationem addere pronunciationibus et ordinationibus aliis per

ipsos dominos Comitem et Principem factis vel ordinatis super iam dicta pace et occasione ipsius pacis, dixerunt laudaverunt preceperunt statuerunt et ordinaverunt quod aliqua persona non possit renuere vel dicere se non teneri facere vel adimplere per ipsos aliquo modo dicta vel ordinata quia persona ipsa non compromiserit vel compromissum in ipsos dominos singulariter fecerit, hoc dicere vel opponere non posse, et si dixerit vel opposuerit, dixerunt et ordinaverunt ut supra eidem fore omnem audientiam denegandam ipsas pronunciationes et ordinationes ad singulares personas proinde estendi et trahi dicens, dicentes statuentes laudantes et arbitrantes ac si ipse persone expresse specialiter se compromisissent in ipsos dominos Comitem et principem vel predicta ordinandi eisdem plenissimam potestatem dedissent. Et Ego Robaudonus mulatius notarius palatinus predictum instrumentum abreviatum per anthonium gonterium notarium et de eius protocollo extraxi et iussu ipsius sic scripsi. Ego Anthonius gonterius notarius palatinus predictum instrumentum abreviavi ut supra et dictus robaldus mulatius notarius predictum instrumentum de voluntate mea de protocollo meo extraxit et voluntate mei scripsit et in publicam formam redegit et ideo ad cautelam signum meum apossui et me subscripsi. Tenor alterius instrumenti talis est, etc. Et Ego Aymericus de gorçano notarius palatinus quia predictis Vocatus et Rogatus interfui de precepto dicti iudicis ad postulationem dicti Uberti procuratoris et procuratorio nomine dicti Marcheti graxelle presentem instrumentum vidi legi et exemplavi et in publicam formam redegi nichil addito vel minuto preter forte punctum vel literam que intellectum vel significationem non mutant et sic scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1042. *Literae procuratoriae, quibus facultas facta est astensis municipii legatis Henricum imperatorem eiusque in Langobardia vicarium Amadeum, Sabaudiae comitem, adeundi atque pecuniam pro contrahendis militibus suppeditandi.* 1311. 28 januarii.

Anno domini millesimo trecentesimo undecimo Indicione nona die jovis vigesimo octavo mensis januarii. Actum Ast in domo machalufforum qua moratur dominus thomaxinus de hençola miles vicarius in civitate astensi pro serenissimo domino henrico dei gratia romanorum rege et semper augusto, testes interfuerunt dominus girardus de rochis de florencia judex et pagnonus bochonus nuncius et preco dicti comunis astensis. Quorum presencia dictus dominus vicarius voluntate conscilio et consensu infrascriptorum sapientum et ipsi sapientes cum auctoritate et decreto ipsius domini vicarii nomine et vice dicti comunis astensis auctoritate baylie eis concesse a conscilio generali dicte civitatis celebrato hoc eodem anno et die et presentibus testibus dicto pagnono et françisco morando notario, in quo quidem conscilio erant due partes dictorum consciliariorum sive credendariorum dicti comunis super voltas de dom ubi conscilia cellebrantur per campanam et nuncium more solito pro bono et utilitate ipsius comunis fecerunt constituerunt et ordinaverunt dominum Amaynum de solario presentem et dominum guillelmum ysnardum de castello absentem eorum et dicti comunis certos nuncios, sindicos, actores et procuratores generales et quidquid melius esse possunt de jure, ad comparendum et se se presentandum nomine dicti comunis et pro ipso comuni coram excellentissimo domino rege predicto et domino comite sabaudie eius vicario in lombardia occasione vicariatus ipsius domini comitis et ad promitendum pro dicto comuni occasione stipendii militum et peditum ipsius domini vicarii et salarii ipsius et paciscendum requirendum et faciendum illud quod necesse fuerit in predictis et ad ipsum comune et res et bona ipsius comunis obligandum in quocumque contractu et genere obligacionis tam pro salario ipsius domini vicarii quam pro stipendiis militum et peditum ipsius pro anno presenti proxime futuro et ad omnia alia et singula faciendum promitendum et obligandum que necessaria fuerint in predictis et circa predicta seu aliquod predictorum. Insuper ad promitendum et promissiones et obligaciones faciendum pro dicto comuni et nomine ipsius comunis dicto domino comiti sabaudie pro uno debito et occasione unius debiti librarum decem milium quod debitum dictum comune solvere tenetur videlicet ipsi domino comiti libras quatuor milia et dominis bonohomini asinario et Jacobo malabayle libras VI.$^{m}$ astensium de quibus idem dominus comes pro dicto comuni est versus ipsos obligatos ut dicebatur et inde sunt publica instrumenta et demum generaliter ad faciendum, promitendum, obligandum et iurandum in animabus ipsorum et cuiuslibet eorum omne id et totum illud quod in predictis et circa predicta seu aliquo predictorum vel pertinentibus ad ea seu ad aliquod predictorum

fuerit oportunum et que veri et legitimi sindici et procuratores facere possunt dantes et concedentes dicti dominus vicarius et sapientes dictis sindicis et procuratoribus nomine dicti comunis liberam et generalem bayliam possibiliter et mandatum omnium predictorum et in omnibus et singulis supradictis et pertinentibus ad ea promitentes michi uberto Gambarello notario recipienti et stipulanti nomine et vice omnium et singulorum quorum interest vel intererit seu interesse posset se se nomine dicti comunis et ipsum comune ratum et firmum atque gratum perpetuo quidquid per dictos sindicos et procuratores in predictis et circa predicta seu aliquo predictorum factum promissum obligatum et juratum fuerit et nullo tempore contrafacere vel venire de jure vel de facto sub ypothecha et obligacione omnium bonorum dicti comunis que bona michi jamdicto notario recipienti nomine quo supra pignori obligaverunt, Renunciando exceptioni doli et infactum condicioni et exceptioni sine causa et ex iniusta causa et omni alii exceptioni et juri et inde michi notario preceperunt fieri unum instrumentum et plura, nomina autem dictorum sapientum sunt hec; dominus Robertus bertaldus, dominus Raymundus faletus, benedictus pelleta, Aleramus layolius, benete de solario, thomas migoanus, henricus de solario, vivaldus palidus, fulchus asinarius, ubertus rex, Jacobus malabayla, Raymondinus garretus, petrinus de ayraçio, leo vegletus, thomas cassenus, leo faletus, Guillelmus gutuerius de castello, Conradus scarampus, Galvagninus rotarius, Georgius alionus, phylippus de viallo, Conradus boçius, Maynfredus de castagnolis, polinus de troya, Rollandinus Alferius, françiscus vacha, Guillelmus de vayo, Guillelmus rasparellus, Jacobus morandus, Jacobus malbechus, ubertus de alba, Andreas machaluffus, Rollandinus ferrarius, Johannes de platea, guillelmus spata, persavallus barletus, Fredericus de gorçano, naçarius laurencius, Guillelmus maritanus, Robinus de sulberico, Guillelmus de caçaluppa, Rollandinus guarleta, Jalneus de poncio, Jacobus medalia, Jacobus garimondo.

Ego ubertus Gambairellus notarius palatinus huic interfui et sic scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1043. *Pacta Philippi sabaudi, Achaiae principis, cum gente de Castello astensi.* 1311. 8 aprilis.

In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti Amen. Anno domini millesimo Trecentessimo undecimo Indictione nona die jovis octavo mensis aprilis. In civitate taurini in domo beati dalmacii, In presencia et testimonio dominorum Guillelmi de chignino Iudicis generalis terre pedemontis francisci burgiensis civis taurini juris peritorum nec non Mutii asinarii civis astensis testium ad hec specialiter vocatorum. Inferius continentur pacta et conventiones inita et inite ac firmata et firmate inter nobilem virum dominum Guillelmum dominum montisbelli militem procuratorem et procuratorio nomine magnifici viri domini philipi de sabaudia principis achaie de cuius procuratione et sufficienti mandato plene et sufficienter constat per instrumentum publicum inde factum manu mei subscripti notarii hoc eodem anno et indictione die vicessimonono mensis marcii de consilio videlicet domini fratris bernardi preceptoris domus beati antonii de Rivoinverso domini Guillelmi provane, Chaberti de lucerna et Jacobini de scalengiis ex una parte, Et Guillelmum isnardi de castello de Ast suo nomine proprio et nomine procuratorio domini Guillelmi turqui de castello, domini Jacobi gutuerii, francesquini et Guillelmi gutuerii, Robertini gutuerii, frederici filii domini Jacobi gutuerii, Marcheti gutuerii, Thome gutuerii, secundini gutuerii, valete gutuerii et nicholini gutuerii omnium de castello de Ast quorum est procurator, de cuius procuratione et sufficienti mandato plene constat per instrumenta publica inde facta manu bertoloti de primelio notarii anno eodem et indictione die quinto mensis aprilis et nomine et vice omnium et singulorum de hospicio illorum de castello de Ast promitens se curaturum et facturum quod predicti de castello infrascriptas conventiones et pacta rata grata et firma habebunt confirmabunt et approbabunt ac fidelitatem et juramentum eidem domino principi vel eius procuratori facient cum solemnitatibus oportunis ex altera parte. Primo quidem conventum et perpactum promissum et expressum extitit inter dictas partes nominibus quibus supra quod omnes et singuli de hospicio illorum qui dicuntur de Castello de Ast et tam suprascripti quorum est procurator idem Guillelmus isnardi quam etiam omnes alii de castello tam presentes quam futuri ex causa perpetue protectionis et deffensionis optinende a dicto domino principe et heredibus suis ac etiam causa amicicie firmande et conservande inter dictas partes efficiantur et esse debeant fideles vaxalli amici et coadiutores perpetui prefati domini principis heredumque et sucessorum suorum

descendentium legitime ex eodem per lineam masculinam et ipsis defficientibus fratrum suorum et heredum eorundem per dictam lineam dessendentium legitime prout supra hiis videlicet pactis et conventionibus que inferius continentur silicet quod predicti de castello de Ast omnes et singuli tam per se quam per heredes eorundem fidelitatem facient et juramentum fidelitatis prestabunt eidem domiuo principi aut eius procuratori vel notario publico nomine ipsius domini principis recipienti cum cautelis et solemnitatibus ad id oportunis. Tali siquidem modo et forma quod predicti de castello vinculo iuramenti et fidelitatis optentu de personis, castris, villis, locis et hominibus eorundem, juvabunt, deffendent et salvabunt toto eorum posse perpetuo et bona fide dictum dominum principem et eius heredes predictos contra quoscumque et contra quamcumque personam, collegium et universitatem et ubicumque locorum sicut faciunt alii vaxalli sui pedemontis et teneantur prout tenentur dicti sui vaxalli pedemontis facere exercitum et cavalcatam pro eodem domino principe et jamdictis suis heredibus citramontes, militiam quoque et cavaleriam facere teneantur juxta ipsorum facultates habito respectu ad statum et condicionem eorundem ad requisitionem dicti domini principis aut heredum vel nunciorum eorundem et omnia facere debeant et teneantur pro dicto domino principe de eorum personis castris hominibus et rebus prout dicti vaxalli pedemontis sibi tenentur et quemadmodum ipsa castra essent de suo proprio feudo promitendo idem Guillelmus isnardi procurator iamdictus suo nomine et nomine et vice predictorum de castello et per pactum est inter dictas partes conventum et expressum nominibus quibus supra quod iamdicti de castello capient in gentile feudum rectum antiquum avitum paternum et per filios et filias eorundem et per modum per quem presens negocium plenum robur obtineat firmitatis et cum solemnitatibus et cautelis ad id oportunis omnia eorundem castra, villas, loca et homines cum omnibus juribus et pertinenciis suis et cum mero et misto imperio et de ipsis sibi debitam fidelitatem prestabunt, hec locum habeant dum taxat videlicet de castris hominibus et villis in feudum ut premititur capiendis quandocumque casus evenerit quod castra predicta, homines atque villas libere possint in feudum recognoscere et capere ut dictum est absque periculo cadendi a jure dictorum castrorum pro eo forsitam quia ab alio de feudo teneantur. Quod quidem si predicta non servaverint predicti de castello ut superius est expressum adveniente silicet dicto casu castra predicta ville et homines ipso facto et ipso jure dicto domino principi aut dictis suis heredibus aplicentur et eidem cadant totaliter in comissum et nichilominus interim de ipsis castris et villis et hominibus servire et iuvare teneantur dictum dominum principem ac si essent de suo proprio feudo prout superius est expressum exceptatur de predictis castrum de cortesellis quod non teneantur recognoscere de feudo domino principi memorato, reservato et exceptato per utramque parcium in omnibus supra et infra scriptis omni jure honore fidelitate et voluntate Serenissimi domini Henrici dei gratia Romanorum Regis semper augusti ac Romani imperii. Item est et expressum inter dictas partes dictis nominibus quod quocienscumque et quandocumque milicia generalis prout infra in sequentibus dicetur imponeretur per dominum principem antedictum vel heredes suos in civitate astensi et fieret per homines ipsius civitatis prefati de castello non teneantur ad aliquam miliciam de qua supra fit mentio faciendam durante ipsa milicia generali. Item si contingeret quod inter dictum dominum principem aut alium eius nomine ex una parte et dictos de castello amicos et quoadiutores ex altera fieret jura societas sive lyga et milicia certa fieret per eosdem de castello amicos et coadiutores qui huiusmodi juram facerent sive ligam prefati de castello ad aliam miliciam faciendam de qua supra fit mentio minime teneantur durante ipsa milicia que fieret per illos de dicta jura ut dictum est. Item actum extitit et expressum inter dictas partes iamdictis nominibus quod predicti de castello curabunt et facient ac dabunt operam toto eorum posse et bona fide quod illi de hospitiis et parentelis de civitate astensi et districtu qui sunt vel fuerunt de eorum parte et amicitia tam de personis quam de rebus eorumdem fidelitatem et iuramentum facient et prestabunt dicto domino principi eo modo silicet et forma quibus tenentur predicti de castello et quod eidem servient et iuvabunt prout superius in precedentibus est expressum salvo tamen in predictis et reservato jure et honore prefati domini regis ut superius est notatum. Item actum extitit et expressum inter dictas partes nominibus quibus supra quod si contingeret quod deus advertat Romanum Imperium vacaturum ita forsitan quod idem dominus henricus serenissimus Rex esse desisteret in humanis, cui deus vitam honorem et incrementum concedere et tribuere dignetur per tempora longiora, vel quod sucessor eiusdem regnare cessaret et regere Romanum imperium in partibus ytalie, eo casu predicti de castello teneantur

tractare facere et curare efficaciter toto eorum posse tam per se quam per eorum amicos quod idem dominus princeps aut heredes iamdicti tenebunt et habebunt civitatem astensem cum castris villis et toto districtu eiusdem et cum dominio et jurisdictione, mero et misto imperio, juribus et pertinenciis ac vaxallis et fidelitatibus ipsius civitatis et quod idem princeps et sui heredes ut supra reditus omnes et singulos proventus obventiones et exitus quoscumque ipsius civitatis et ad ipsam pertinentes et spectantes quoquo modo percipient et habebunt illos reditus silicet qui soliti sunt percipi de veteri de XV, annis preteritis et elapsis. Item universa et singula banna omnium maleficiorum et dependencia ex eisdem que comitentur in ipsa civitate et districtu, Reliqua vero banna quecumque sint et que comiterentur ut supra et datas pro medietate idem dominus princeps et sui heredes percipiant, comuni astensi medietate reliqua remanente, quam medietatem provenientem dicto comuni excutere et exigere teneantur potestates et Rectores qui pro tempore fuerint pro eodem domino principe in dicta civitate sicut alia dicto domino principi spectare debencia et ipsam medietatem dicto comuni vel eius clavario facient consignare et est actum quod dicta civitas astensis seu homines ipsius civitatis et districtus teneantur facere exercitum et cavalcatam cum populo et milicia ad requisitionem domini principis predicti vel heredum ipsius citra montes et per XX, miliaria extra dictam civitatem et districtum et extra terram domini principis et XL, diebus in anno tantum et ulterius quam supra dicitur compelli non possint, et est actum et expressum quod dictus dominus princeps et heredes eius predicti occaxione guere sue faciende possint inponere miliciam in ipsa civitate et districtu pro modo et facultate ipsius civitatis et iuxta quod videbitur ipsam civitatem posse commode substinere habito respectu ad statum ipsius civitatis convocatis ad hec de sapientibus ipsius civitatis in ea quantitate quam viderit expedire. Ad quam miliciam faciendam teneatur civitas antedicta. Subsequenter actum est quod comune ipsius civitatis possit eligere tres potestates de terra domini principis de quibus tribus dominus princeps teneatur eligere et constituere unum quem malluerit in potestatem et rectorem ipsius civitatis, cuius quidem potestatis et aliorum officialium et rectorum qui per ipsum dominum principem inponentur in ipsa civitate salaria et stipendia idem dominus princeps solvere de suo proprio teneatur dum ipse dominus princeps tenebit dominium ipsius civitatis, salvo semper ut dictum est in predictis omnibus jure et honore dicti domini Regis et imperii supradicti. Item capitulare possit ipsa civitas et condere statuta et ordinamenta que tamen non derogent vel obvient supra et infrascriptis auctoritate domini principis seu potestatis eiusdem. Item quod illi de Castello presentes et futuri qui sunt vel erunt etatis XX, annorum vel ultra teneantur facere fidelitatem dicto domino principi et heredibus suis juxta prescriptam formam sive habeant patrem sive non infra mensem unum postquam de hoc fuerint requisiti per dominum principem aut per heredes vel nuntios eorundem si tamen fuerint citra montes et eo modo et forma teneantur facere alii amici predictorum de castello de quibus est facta mencio in precedentibus capitulis, reservato honore et jure domini Regis et imperii ut supra. Versavice prefatus dominus Guillelmus dominus montisbelli procuratorio nomine quo supra convenit et promisit dicto Guillelmo isnardi recipienti nomine supradicto quod idem dominus princeps propter predicta defendet predictos de castello et alios de parentelis et amicitia eorumdem qui dicto domino principi fidelitatem facient ut superius denotatur et rex (*res*) et bona eorumdem contra quamcumque personam collegium et universitatem prout tenetur deffendere vaxallos suos pedemontis exceptato domino serenissimo Rege Romanorum et sucessoribus suis et dominis de sabaudia, et presertim et specialiter predictos de Castello et alios amicos memoratos qui sibi facient fidelitatem ut supra deffendet idem dominus princeps juvabit manutenebit et salvabit firmiter et constanter contra illos de solerio et amicos eorum de Ast et de districtu qui predictos de solerio adiuvarent ad gueram faciendam contra illos de Castello vel alios amicos superius denotatos et quod idem dominus princeps et heredes eosdem de solerio et eorum amicos de quibus supra dicitur tenebit pro suis inimicis quando et quocienscumque guera erit inter predictos de solerio et de castello et quod idem dominus princeps vel heredes eius pacem treugam sive gueram recreutam non facient cum predictis de solerio et amicis predictis absque voluntate expressa predictorum de castello, ultra predicta teneatur idem dominus princeps et sui heredes si et quando habebunt dominium civitatis astensis ut superius est expressum expellere predictos de solerio et dictos eorum amicos et expulsos tenere de dicta civitate et districtu ac etiam de tota sua terra perpetuo nisi esset de voluntate ipsorum dummodo et quandocumque guera erit inter predictos de solerio et de castello, salvo

tamen in predictis omni honore et jure dicti domini Regis et imperii et omnimoda volumtate. Item quod illi de castello et de parentela et amicicia eorumdem qui vaxalli fuerint dicti domini principis vel qui terram aut homines in feudum ceperint ab eodem sicut superius extitit enaratum possint ipsam terram et feudum vendere distrahere aut aliter alienare quolibet titulo et cuicumque voluerint dum tamen huiusmodi vendicio vel alienatio non fiat inimicis domini principis de qua inimicitia constaret, facta tamen prius denunciatione eidem domino principi ante huiusmodi alienationem faciendam per spacium unius mensis ita silicet quod ille qui acquiret vel emet huiusmodi feudum aut terram feudalem eum et eam capiat et recognoscat in feudum ab eodem domino principe et de ipso feudo sibi teneatur servire et omnia facere quemadmodum venditor vel alienator ante alienationem facere tenebatur et huiusmodi emptores vel acquirentes idem dominus princeps investire et revestire teneatur juxta formam pristine investiture nullo aconzamento proinde capiendo et nichilominus vendentes vel alienantes ipsius domini principis et suorum heredum fideles semper remaneant et vaxalli, amici et quoadiutores perpetui quos eciam idem dominus princeps salvare et deffendere teneatur sicut suos fideles et vaxallos. In omnibus et singulis supradictis reservatur honor et omne jus Regie maiestatis et Romani imperii per utramque parcium predictarum nec volunt aliqua dixisse vel fecisse in suprascriptis que possint derogare in aliquo honori imperii aut in diminutione alicuius sui juris valeat redundare. Predicta omnia et singula tam predictus dominus Guillelmus procuratorio nomine dicti domini principis et sub expressa obligacione bonorum ipsius et in animam ipsius quam etiam dictus Guillelmus isnardi suo proprio nomine et quorum est procurator ut supra et sub expressa obligatione bonorum suorum et quorum est procurator et in ipsius animam et omnium predictorum quorum est procurator promiserunt sibi invicem et iuraverunt corporaliter ad sancta dei evangelia tactis sacrosanctis scripturis atendere et observare et non contrafacere vel venire et facere et curare quod idem dominus princeps et alii de castello omnia suprascripta laudabunt confirmabunt et approbabunt ac eciam fidelitates facient prout superius est expressum salvis hiis que superius de Romano imperio describuntur. Ratificationem autem faciendam per dominum principem de predictis fieri debeat per totum presentem mensem aprilis si fuerit requisitus vel post infra VIII, dies postquam de hoc fuerit requisitus. De quibus omnibus et singulis supradictis et etiam de quolibet articulo preceperunt mihi subscripto notario et bertoloto de primelio notario publico fieri unum et plura publica instrumenta dictamine cuiuslibet sapientis. Et ego Johannes dictus Rubeus de maboneriis publicus imperiali auctoritate notarius hoc instrumentum jussus et requisitus scripsi quia predictis vocatus interfui publicavi et meo signo signavi.

(E regio taurinensi tabulario).

1044. *Pacta Achaiae principis cum de Castello confirmantur.* 1311. 8, 18 ac 22 aprilis.

Anno eodem. Indictione, die, loco et testibus, petrinus gutuerius de castello de ast lecto in eius presencia seriatim tenore pactionum et conventionum predictarum ex certa scientia et exponte juxta quod idem Guillelmus isnardi se curaturum et facturum promiserat conventiones ipsas et pacta utpote bene recteque gesta laudavit confirmavit et acceptavit et promixit et juravit ad sancta dei evangelia ea omnia prout distinctim et seriatim in dictis conventionibus continetur servare et attendere bona fide et non contrafacere vel venire sub expressa obligatione omnium bonorum suorum.

Eo die, loco et testibus Guillelmus isnardi et perinus gutuerius de castello de ast considerantes benivolentiam et caritatem quam magnificus vir dominus philipus de sabaudia princeps achaie gerere dignoscitur et habere erga ipsos et alios de hospicio eorumdem considerantes etiam presidia et auxilia grandiora que dominus princeps ipse et heredes sui prefatis Guillelmo, petrino et amicis eorumdem impendere poterunt in futurum ex certa eorum scientia et exponte fecerunt fidelitatem domino Guillelmo domino montisbelli militi procuratori dicti domini principis procuratorio nomine ipsius recipienti de cuius procuratione constat per instrumentum factum manu mei subscripti notarii anno eodem die XXIX marcii promittentes et jurantes ad sancta dei evangelia dicto domino principi et heredibus suis et fratrum suorum et heredum legitimis descendentibus ex linea masculina esse fideles homines et vaxalli et omnia et singula facere et exercere que in nova et veteri forma fidelitatis continere noscuntur salva tamen et reservata in predictis fidelitate debita Serenissimo domino Henrico romanorum regi semper augusto et communi astensi.

Item eodem modo et forma ibidem incontinenti in presencia mei notarii et testium predictorum dictus Guillelmus isnardi procurator domini Guillelmi turchi de castello et procuratorio nomine ipsius et in eius animam fecit et juravit fidelitatem dicto domino Guillelmo domino montisbelli recipienti nomine procuratorio domini principis antedicti.

Anno eodem, Indictione die XVIII, mensis aprilis in civitate astensi in presentia et testimonio domini Guillelmi provane juris periti, chaberti de lucerna et mutii asinarii testium vocatorum. Quorum presentia Guillelmus gutuerius, francesquinus paganinus, Johanninus, secundinus, thomaynus, fredericus, valeta, omnes de gutueriis de castello, nec non jacobinus isnardi de castello presente nobile viro domino Guillelmo domino montisbelli procuratore dicti domini principis, lectis sibi et in eorum presencia seriatim conventionibus et pactis superius denotatis dictas conventiones et omnia et singula in eis contenta et expressa utpote bene recteque gesta prout dictus Guillelmus isnardi de castello se curaturum et facturum promiserat ex certa eorum scientia et exponte cum juramentis ab ipsis et a quolibet ipsorum super sancta evangelia corporaliter prestitis confirmaverunt approbaverunt ratificaverunt et acceptaverunt ac ea omnia et singula suprascripta grata rata atque firma habere et tenere promiserunt et non contravenire aliqua ratione vel causa sub expressa omnium bonorum suorum obligatione et vinculo juramenti.

Subsequenter autem juxta conventiones prescriptas et eo modo et forma prout dictus Guillelmus isnardi ut premititur fecit juraverunt predicti omnes de castello prefato domino Guillelmo domino montisbelli recipienti procuratorio nomine dicti domini principis prout supra fidelitatem promictentes per proprium juramentum predicti omnes et singuli eidem domino principi et suis heredibus supradictis esse fideles vaxalli et omnia facere et observare que in veteri et nova forma fidelitatis continere noscuntur servata tamen forma conventionum predictarum ut superius est expressum et salva et reservata fidelitate domini Imperatoris et comunis astensis.

Anno et Indictione quibus supra die XXII° mensis aprilis, In castro frinchi presentibus domino Guillelmo provane, chaberto de lucerna et mutio asinario testibus ad hoc vocatis Dominus Guillelmus turchus de castello et dominus jacobus gutuerius de castello lectis sibi et in eorum presencia seriatim conventionibus et pactis que superius continentur dictas conventiones et pacta prout in precedentibus continentur juxta quod idem Guillelmus isnardi de castello se facturum et curaturum promiserat utpote bene recteque gesta ratificaverunt approbaverunt et acceptaverunt ac juraverunt ea omnia et singula in dictis conventionibus contenta grata, rata et firma habere et tenere et non contrafacere vel venire sub expressa obligatione omnium bonorum suorum.

Item ibidem et incontinenti predicti domini Guillelmus turchus et Jacobus gutuerius de castello fecerunt fidelitatem dicto domino Guillelmo domino montisbelli procuratorio nomine dicti domini principis recipienti secundum formam conventionum predictarum et promiserunt et juraverunt ad sancta dei evangelia eidem domino principi et suis heredibus esse fideles vaxalli et omnia et singula facere attendere et observare que in nova et veteri forma fidelitatis continere noscuntur. De quibus omnibus et singulis suprascriptis tam predicti procuratores quam etiam omnes alii et singuli suprascripti pecierunt a me subscripto notario de predictis omnibus et singulis fieri publica instrumenta. Ad quorum omnium peticionem et mandatum factum est per me notarium hoc presens publicum instrumentum. Et Ego Johannes dictus Rubeus de Mahoneriis publicus Imperiali auctoritate notarius hoc instrumentum jussus et requisitus scripsi quia predictis vocatus interfui publicavi et meo signo consueto signavi.

(E regio taurinensi tabulario).

1045. *Bartolomaeus Cabalerius fatetur se, pro sediminis locatione, Panzoto Solaro* 12 $^1/_2$ *tritici scopellas debere.* 1312. 24 januarii.

Anno domini Millesimo CCCXII Indicione X$^a$ die lune XXIIII, januarij in presencia testium infrascriptorum Confessus fuit barthbolomeus cabalerius se ex causa fictu debere dare et solvere domino panzoto de solario scopellas XII semis furmenti ad mensuram ast pro nona parte quod sibi pervenit de minis VII furmenti que debebat domus cabalerii silicet anselmus, obertus et gandulfus et fratres quondam super quodam sedimine que est in caglano coherent senii via comunis et atulfi sicut aparet in cartulario que pervenit in parte et in sorte domini pancie de solario quondam et filiorum perpetualiter omni

anno ad medium augustum. Item fuit confessus bartholomeus predictus quod debet ei dare nonam partem unius spalle porchi prout similiter continetur in predicto cartulario. Actum in govono in via comunis juxta domum mei notarii, Testes henricus sappa, guilielmus georgius et guillelmus ferrarius. Et Ego Addalamarus notarius palatinus interfui rogatus et scripsi.

(E regio taurinensi tabulario)

1046. *Solari Beneti morientis confessiones et legata.* 1321. 22 januarii.

In nomine domini amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo CCCXXI, Indictione quarta die XXII, januarii, In presencia testium subscriptorum, Dominus Benetus de solario Civis astensis lauguens corpore sane tamen mentis existens per dei gratiam volens saluti anime sue providere Confessus fuit coram venerabili viro domino Ruffino Archipresbitero Ecclesie astensis vicario Reverendi patris domini Guidonis dei gratia Episcopi Astensis et me notario infrascripto se fuisse usurarium manifestum et habuisse usuras ab infrascriptis personis et a pluribus aliis quorum nomina ignorat. Primo confessus fuit se de usuris et cetera. Item confessus fuit se habuisse de usuris ab henrico de Rocheta staria sex vini. Item confessus fuit se habuisse de usuris a Gagla de Rocheta staria XII, vini. Item habuit de usuris a Grosso dicti loci staria XII, vini. Item habuit de usuris a domino Pagano de Rocheta libras sexaginta astensium. Quas quidem quantitates pecunie usurarum predictas promixit dicto domino vicario et mihi notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice omnium et singulorum predictorum et aliorum quorum interest vel interesse posset ac si presentes essent predictis omnibus et singulis et aliis quibuscumque restituere per se et suos heredes sumarie et de plano sine strepitu et figura iudicii et si plus seu in maiori quantitate recepisset a dictis personis de usuris voluit et promixit ac iussit dicto domino vicario et mihi notario infrascripto recipienti dictam restitutionem facere (modo et fieri predictis) . . . . . . . . . si constaret ipsum Benetum habere vel habuisse aliquas usuras . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . voluit quod illud quod habuisset vel habuisse reperiretur . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . recepisse ultra sortem voluit quod illud plus restituatur . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . non possint causa iudicio vel extra petere aliquas usuras petere . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . et quod omnia instrumenta quautum ad usuras predictas sint cassa et nullius valoris et predicta omnia et singula ipse Benetus promixit dicto domino vicario et mihi notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine predictorum ac omnium aliorum quorum interest vel interesse posset ac si presentes essent attendere et observare et non contrafacere vel venire (ope alicuius exceptionis) sub obligatione omnium bonorum suorum. Que proinde eidem domino vicario (et mihi notario infrascripto) stipulanti et recipienti nominibus quibus supra pignori obligavit, (Renunciando in omnibus) et singulis supradictis exceptioni doli mali et infactum condicioni sine (causa vel ex iniusta) causa novis constitucionibus, epistole divi adriani, fori privilegio et omni (alio legum auxilio). Actum Ast in domo dicti domini Beneti, Presentibus fratribus Jacobo . . . . . . . . . . . revczolio ordinis minorum Astensium, francisco de Bozolasco, oddone de . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Jacobo Capellano Ecclesie astensis testibus vocatis et rogatis. Et Ego (Brexanus) Ripacius Imperiali auctoritate notarius publicus predictis omnibus interfui et rogatus (scripsi et) meum signum apposui consuetum.

(E regio taurinensi tabulario).

1047. *Rainerius Cazo haeredibus Beneti Solari omnium, quae ei ad compensandas usuras legaverat, apocham scribit.* 1321. 6 novembris.

Anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo primo, Indicione quarta, die veneris VI° mensis novembris inpresencia testium infrascriptorum confessus et contentus fuit Raynerius cazo ad petitionem et requisitionem belengerii et manuellis filiorum domini Beneti de solario quondam eorum nominibus et nomine et vice fratrum suorum se habuisse et recepisse ab eisdem belengerio et manuelle eorum nominibus et predictis integram solutionem satisfactionem et restitutionem de omnibus legatis que dictus dominus benetus quondam eidem Raynerio legavit et de omnibus usuris quas dictus dominus Benetus quondam habuit et recepit hinc retro ab ipso Raynerio, Renunciando exceptioni non numerate et non recepte pecunie et non habite et non recepte solucionis satisfactionis et restitucionis predicte doli mali et in factum condicioni sine causa et ex iniusta causa et omni alii exceptioni et juri, et

parcit dictus Raynerius, dictas usuras dicto domino beneto quondam et vult quod deus parcat anime dicti domini beneti quondam de dictis usuris. Et eapropter dictus Raynerius fecit eisdem belengerio et manuelli eorum nominibus et nomine et vice dictorum fratrum suorum de predictis legatis et usuris ut supra pacem finem quitationem remisionem et omnimodam absolutionem et pactum de non petendo et de non amplius molestando et promisit eisdem belengerio et manuelli stipulantibus et recipientibus eorum nominibus et nomine et vice dictorum fratrum suorum quod ipsos belengerium et manuellem seu dictos eorum fratres vel aliquem ipsorum vel res et bona ipsorum seu alicuius eorum ipse Raynerius vel alius pro ipso de predictis legatis et usuris ut supra imperpetuum non appellabit vel molestabit seu inquietabit. Et si contra fieret per ipsum Raynerium vel alium pro ipso promisit eisdem belengerio et manuelli stipulantibus et recipientibus eorum nominibus et nomine et vice dictorum fratrum suorum restituere eis omnes expensas dampna et interesse quas et que ipsi vel aliquis ipsorum proinde facerent incurrerent vel substinerent eundo reddeundo stando causa iudicio mutuo premio vel alio modo, credendo de hiis in eorum et cuiuslibet ipsorum simplici verbo sine sacramento et probatione aliqua. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis dictus Raynerius omnia sua bona eisdem belengerio et manuelli eorum nominibus et nomine et vice dictorum fratrum suorum recipientibus pignori obligavit. Actum ast in domo heredum domini alberti cazo quondam, Testes interfuerunt dominus henricus de solario de cauneto et Bartholomeus de cumignano. Et Ego Jacobus carenzanus notarius palatinus interfui et sic scripsi.

(E regio taurinensi tabulario).

1048. *Literae, quibus Ubertus, vercellensis episcopus, Vivaldi Rogle a male ablatis purgandi fratri Simoni Rogle facultatem facit.* 1322. 1 junii.

(Anno domini Millesimo tercen)tesimo vigesimo secundo Ind(icione quinta) die . . . . . . (Mensis) Jullii. Actum ast in claustro Ecclesie . . . . . . . . . . . . . . . . (presentibus) domino Raynerio ca(nonico?) . . . . presbitero francisco ciglono capellano dicte ecclesie . . . . . . . . . . . . . . presente venerabili v(iro?) . . . . . . . . ipsius astensis ecclesie vicario . . . . . . . . (de mandato et voluntate?) Episcopi astensis auctoritate qua fungebatur precepit mihi notario infrascripto quatenus ad peticionem domini lançanroti mignani (patris et legitimi?) administratoris bonorum Galvagnini et anthoni filiorum suorum et heredum domini vivaldi Rogle eorum avi materni quondam, nomine ipsorum ad eternam rei memoriam infrascriptas litteras Reverendi patris domini Uberti miseracione divina Episcopi vercellensis et Comitis non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas sigillatas suo vero et integro sigillo pendenti. In circuitu cuius cius sigilli hec litere legebantur — S. Uberti dei gracia Episcopi vercellensis et Comitis — In quo quidem sigillo erant scrupte et apparebant plures inmagines una quarum erat Beate virginis marie cum filio suo sive inmagine parva in brachio destero, due vero Inmagines episcopales cum mitria in capite et baculo pastorali in manu, erant una a desteris, alia a sinistris et ab inferiori parte alia Inmago Episcopalis flexis genibus cum manibus iunctis elevatis ipsi inmagini eiusdem Beate virginis marie, auctenticarem transcriberem et in formam publicam reddigerem ut tantam vim et tantum robur obtineat presens autenticato et transumpto prout et quantum obtinent dicte littere dicti domini Episcopi sive originales. Tenor autem dictarum litterarum talis est; Ubertus miseracione divina Episcopus Vercellensis et Comes, Religioso viro fratri Simoni Rogle ordinis minorum, salutem in domino. Ut possitis auctoritate nostra sicut vobis diximus in camera nostra apud valenciam cum illo Nobili viro vivaldo Rogle avunculo vestro misericorditer dispensare super incertis male ablatis restituendis vobis auctoritate presencium comitimus plenarie vices nostras super hiis vestram conscienciam onerando. In quorum testimonium presentibus nostrum sigillum duximus apponendum. Datum apud valenciam die primo Junii, Anno domini Millesimo ccc,xxij°, Indicione quinta. Et Ego Manuellus capellus notarius palatinus predictas litteras vidi legi et autenticavi et in formam publicam reddegi auctoritate et mandato dicti domini vicarii prout superius continetur nichil addens vel mutans quod sensum variet, substanciam ledat vel viciet intellectum et signum meum apposui.

(E regio taurinensi tabulario).

1049. *Astenses atque Taurinenses arbitros deligunt qui controversias componant.* 1297. 20 novembris.

Anno dominice nativitatis millesimo ducentesimo nonagesimo septimo die mercurii vicesimo mensis novembris, indicione decima, presentibus testibus infrascriptis. Cum inter comunia civitatis Astensis et Taurinensis seu dominum Guillelmum de Janua civem Astensem sindicum, actorem et procuratorem dicti comunis Astensis ut constat per publicum instrumentum abreviatum per Johannem ricardum notarium palatinum et confectum per Rollandum ricardum notarium palatinum currente anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto. indicione nona die martis ultimo mensis Iullii et per quoddam aliud publicum instrumentum factum per Franciscum Morandum notarium anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, indicione decima die veneris nono mensis augusti, et Centorium Strazatum et Bertholinum eius nepotem ex una parte et Fredericum Silvestrum notarium civem Taurini Sindicum et procuratorem dicti Comunis Taurini ut constat per quoddam instrumentum publicum factum per Guillelmum tavanum notarium Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto die Jovis, octavo mensis septembris, indicione octava, ex altera, nomine dictorum comunium et personarum eorumdem quampluriuni super quibusdam dictorum comunium et personarum specialium querelis orirentur et oriri possent mutue questiones specialiter super sumptibus et expensis olim factis, ut dicitur per Comune et speciales homines de Ast in custodia pontis padi Taurini et Motte seu bastite ibi prope site et captionum dictorum locorum ac eciam captionis et detentionis castri et loci Caburreti et bonorum mobilium et immobilium ibidem captorum et detentorum et proventuum captorum vel perceptorum ex ipsis bonis et injuriarum que dicuntur inde commisse fuisse ac cambiorum hinc inde concessorum certis personis ab ipsis Comunibus de Ast et de Taurino et rerum ipsorum Cambiorum occaxione captarum et retentarum nec non occaxione strate tenende et pedagiorum capiendorum super personis, bestiis et rebus dictorum comunium et personarum ipsarum civitatum et districtuum earumdem et super dictis stratis firmandis et salvandis et super eorum pedagiis ordinandis taxandis et declarandis, augmentandis vel minuendis et super debitis civium et districtibilium dictarum civitatum solvendis et ordinandis qualiter super hijs debeat provideri et super quibusdam aliis que non possunt ad presens comode specialiter nominari de quibus et super quibus omnibus et eorum ocasionibus poterant nisi sopirentur per arbitros vel arbitratores discordiarum materia inter ipsa comunia exoriri et dampna plurima contingere inter ipsa Comunia et personas eorum. Idcirco predicti sindici silicet dictus Sindicus Comunis Astensis vice et nomine dicti comunis et omnium personarum singularium civitatis et districtus eiusdem et pro ipsis Comuni et personis et ipsi Centorius et Bartholinus eorum propriis nominibus et ob utilitatem ipsorum, et sindicus Civitatis Taurini predicto nomine ipsius comunis et omnium personarum ipsius civitatis et districtus eiusdem, et pro ipsis Comuni et personis et ob utilitatem ipsorum volentes et cupientes ipsorum discordiarum et incomodorum que inde sequi poterant (occaxiones) evitari, compromiserunt et compromissum fecerunt nominibus antedictis de predictis questionibus et querelis et generaliter de omnibus et singulis nominatis et innominatis de quibus et occaxione quorum inter ipsa comunia et singulares personas ipsorum comunium et districtibilium eorumdem esse poterat questio, ita quod tantumdem valeat hec generalis clausula de non nominatis questionibus specialiter quantum si de ipsis in hoc compromisso fieret mencio specialis, in viros discretos videlicet dominum Raymundum Cacayranum et dominum Paganum de Subinago jurisperitos presentes et hoc compromissum recipientes tamquam in Arbitros, Arbitratores et amicabiles compositores eo modo et forma quod predicti arbitri seu arbitratores super predictis questionibus et querelis nominatis et non specialiter nominatis possint arbitrare, statuere, ordinare, decernere et interpretari et pronunciare quicquid eis placuerit et sicut eis placuerit et ubi eis placuerit, juris ordine servato vel non, sine libello sive litis contestacione et omnium judiciorum et arbitramentorum sollempnitate remissa et de jure unius partis et personarum ipsarum alteri adtribuere, minuere et augere in scriptis et sine scriptis, partibus presentibus vel absentibus, citatis et non citatis et demum super eis procedere, eaque terminare, prout ipsis arbitris seu arbitrantibus placuerit et videbitur faciendum semel et pluries, promittentes sibi vicissim nominibus quibus supra et dicti Centorius et Bertholinus eorum nominibus propriis et dictus sindicus Taurini ipsis Centorio et Bertholino attendere et plenius observare quicquid per ipsos arbitros seu

arbitratores dictum preceptum, statutum vel ordinatum et pronunciatum fuerit sub pena marcharum centum argenti que tociens comitatur et exigi valeat cum effectu quociens contrafieret vel non observarentur pronunciata vel aliquil de pronunciatis, ratis nichilominus senper eorum arbitrio et pronunciacionibus remanentibus et intelligantur omnia ea que per ipsos arbitratores dicta vel statuta vel ordinata fuerint in hoc compromisso deducta fuisse et perinde valeant ac si fuissent in ipso compromisso expressim deducta et specialiter nominata; renunciantes legi dicenti, ne generalis renunciacio valeat nisi cause ipsarum exceptionum specialiter exprimantur, et exceptioni doli mali et in factum sine causa vel ex iniusta causa et beneficio in integrum restitucionis et generaliter omni juris prescidio que posset per aliquam ipsarum parcium vel personarum aliquod in contrarium allegari, denique promiserunt sibi ad invicem dicti sindici nominibus antedictis et sub ypotecha predicta et pena superius nominata, se et ipsa comunia quorum ipsi sindici sunt facturos et curaturos cum effectu quod omnia ea et singula que per ipsos arbitratores acta dictave fuerint vel quomodolibet pronunciata et terminata rata tenebuntur et firma perpetuo ab ipsis Comunibus et personis dictorum Comunium et quod ipsa comunia facient et curabunt cum effectu quod predicta omnia per eas personas super quibus vel contra quas aliquid statutum fuerit, pronunciatum vel ordinatum firma et rata perpetuo tenebuntur et inde plura instrumenta eiusdem tenoris precepta sunt fieri michi Frederico Lune notario et Francisco Morando notario per predictos arbitratores et sindicos et jam dictos Centorium et Bertholinum.

Actum est hoc in villa Podii Varini in domo comunis ipsius ville, Interfuerunt testes vocati et rogati. Frater Philipus Puscha et Frater Ruffinus de Carena de Ast de ordine predicatorum, domini Henricus Gardinus et Percevallus Barlletus Cives Astenses et Johannes de Yporegia notarius civis Taurini.

Ego Fredericus Luna notarius Curie Taurinensis predictis omnibus interfui et hanc cartam ut supra rogatus fieri traddidi et scripsi.

(Ego membrana archetypa tabularii municipii taurinensis).

1050. *Arbitri, de quibus in superiore monumento sermo est, de Astensium cum Taurinensibus controversiis judicium ferunt.* 1297. 20 novembris.

Anno dominice nativitatis millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, die mercuri vicesimo mensis novembris indicione decima, presentibus testibus infrascriptis, Discreti viri domini Raymundus Cacayranus civis Astensis, et Paganus de Subinago Judex civitatis Taurini juris periti, arbitri et arbitratores ac amicabiles compositores electi a domino Guillelmo de Ianua sindico et procuratore comunis et universitatis hominum civitatis Astensis, ac singularium personarum ejusdem civitatis, de cuius sindacatu et procuracione constat per duo publica instrumenta unum quorum abreviatum fuit per Rollandum Ricardum et scriptum et completum per Johannem Ricardum notarium anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto indicione nona die martis ultimo mensis Iulii, aliud vero confectum fuit per Franciscum Morandum notarium anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, indicione decima die veneris nono mensis augusti Sindicario nomine ac procuratorio predictorum comunis sive universitatis hominum de Ast ac nomine singularium personarum eiusdem civitatis de Ast et a Centorio et Bertholino Strazatis ex una parte et a Frederico Silvestro Cive Taurini Sindico et Procuratore Comunis et Universitatis hominum Civitatis Taurini ac singularium personarum ejusdem civitatis de cuius sindicatu et procuracione constat per publicum instrumentum factum per Guillelmum Tavanum notarium Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto die jovis octavo mensis septembris indicione octava sindicario nomine et procuratorio predictorum comunis seu universitatis hominum Taurini et singularium personarum eiusdem Civitatis Taurini ex altera, super discordiis controversiis, causis litibus sive questionibus vertentibus seu que verti sperabantur sive verti possent inter predictas civitates seu inter predicta Comunia et Universitates predictas earumque homines et singulares personas occaxione captionis Castri Caburreti, pontis padi, et bastite sive Motte de Taurino, rerumque et bonorum que in ipsis locis tempore captionis eorum perdicte, ut dicitur, erant, dampnorum et injuriarum que inter predictas partes et personas illata et illate fuisse dicebantur, nec non et occaxione Cambiorum repressalliarum sive laudum que dicebantur concessa fuisse hinc inde, vel atera parte contra aliam et occaxione domus rerum et jurium que dominus Petrus borgesius civis Taurini quondam sive eius filij et heredes habebant et se habere dicebant in civitate Astensi et

sibi competere contra plures homines de predicta civitate Astensi, aliisque occaxionibus sive quibuscumque aliis occaxionibus nominatis et non nominatis in dicto compromisso prout plenius apparet de electione ipsorum Arbitrorum Arbitratorumque et amicabilium compositorum et de compromisso facto de predictis omnibus et singulis in predictos dominos Raymundum Cacayranum et Paganum per publica instrumenta facta per me Fredericum Lunam notarium et Franciscum Morandum notarium hoc eodem anno indicione et die: auditis et intellectis tractatibus habitis super predictis omnibus et singulis ac eciam super omnibus et singulis infrascriptis et ipsarum partium voluntatibus diligenter exquisitis et omnibus que predicte partes dicere et proponere voluerunt, super hiis et circa predicta, Dei nomine invocato, partibus presentibus seu sindicis et procuratoribus supradictis nominibus quibus supra et dictis Strazatis requirentibus et volentibus super predictis omnibus et singulis pronunciari arbitrari statui et ordinari per ipsos arbitros vel arbitratores prout eisdem arbitris sive arbitratoribus videbitur seu placuerit pro bono pacis et concordie perpetuo durature, inter ipsas partes et singulares personas dictarum Civitatum Comuniumque et universitatum predictarum et ex causa sive causis transactionis sive transactionum et amicabilium composicionum sedentes in hiis scriptis tamquam arbitratores et amicabiles compositores unanimiter et concorditer de comuni consensu et voluntate dixerunt statuerunt ordinaverunt pronunciaverunt ac arbitrati fuerunt super predictis discordiis, controversiis, causis, litibus ac questionibus et negociis supradictis ex eorum arbitraria potestate prout inferius continetur.

In primis quod predictum Comune et homines Taurini seu alius nomine ipsius Comunis et pro ipso Comuni pro omnibus dampnis, injuriis et offensionibus datis seu illatis et factis Centorio Strazati et nepoti seu aliquibus aliis de Strazatis occaxione castri Caburreti seu in aliquibus rebus mobilibus et inmobilibus vel aliqua alia occaxione vel modo que dici vel excogitari posset per Comune et homines Taurini seu per aliquas alias singulares personas qualitercumque vel quolibet alio modo in ipso Castro et eciam occaxione ipsius castri et bonorum et rerum que erant in ipso Castro det et solvat ipsi Centorio et nepoti vel eorum certo nuncio in Civitate Taurini per terminos infrascriptos libras mille quinquecentum astenses vel equivalentis monete in pecunia numerata et de pecunia numerata et non aliter seu alio modo videlicet usque ad quatuor menses proxime venturos libras septem centum quinquaginta et alias libras septem centum quinquaginta per terminos infrascriptos videlicet, usque ad annum unum post istos quatuor menses superius nominatos libras sexaginta duas et dimidiam et deinde de anno in annum et per singulos annos usque ad alios undecim annos alias libras sexaginta duas et dimidiam quolibet anno et singulis annis ita et quousque facta fuerit integra solucio ipsarum librarum septem centum quinquaginta que remanebunt ad solvendum post predictos quatuor menses superius nominatos.

Item dixerunt statuerunt et ordinaverunt pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod predicti Centorius et Bertholinus ire debeant seu mittere ad Civitatem Taurini eorum certum nuncium et procuratorem cum mandato sufficienti ad recipiendum a Comuni et hominibus Taurini soluciones predictas de predictis quantitatibus ad terminos superius nominatos, et si non iverint vel non misserint eorum procuratorem et nuncium ad predictam civitatem per terminos superius nominatos occaxione recipiendi predictas quantitates pecunie quas Comune et homines Taurini solvere debent sepedictis Centorio et Bertholino per predictos terminos, quod Comune et homines Taurini non incurrant in penam contentam in compromisso pro eo quod non solvissent ad terminum set quandocumque predicti de Strazatis vel eorum legitimus nuncius et procurator venerit ad Civitatem Taurini pro predictis quantitatibus pecunie recipiendis post predictos terminos quod Comune et homines Taurini solvere teneantur eisdem de Strazatis vel eorum legitimo procuratori infra terciam diem postquam venerint et se presentaverint coram Iudice vel rectore dicte Civitatis et eidem Iudici vel rectori dixerint quod ad ipsam civitatem venerint occaxione recipiendi soluciones predictas et si dicti de Strazatis non venerint set misserint eorum nuncium vel procuratorem quod dictus nuncius vel procurator fidem facere debeat et teneatur ipsi Iudici vel rectori de sua procuracione et mandato et tunc si Comune et homines Taurini non solverint dictis de Strazatis vel eorum certo et legitimo procuratori, quod tunc incurrant in penam apositam in compromisso.

Item dixerunt statuerunt et ordinaverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod si predictum Comune et homines Taurini non solverent predictis de Strazatis seu eorum legitimo procuratori prout superius dictum est et pro eo quod non solvissent incurrissent in penam appositam in com-

promisso quod medietas ipsius pene sit et esse debeat dicti Comunis et hominum de Ast et alia medietas sit et esse debeat dictorum Strazatorum, ratis nihilhominus manentibus senper prescriptum arbitrium (*sic*) et dictis et pronunciatis et arbitratis per ipsos arbitros.

Item dixerunt, statuerunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod si predictum Comune et homines Taurini solverint predictis de Strazatis predictas libras septem centum quinquaginta usque ad quatuor menses proxime venturos, prout superius dictum est, quod predictus sindicus Comunis Astensis curare et facere debeat cum effectu quod per predictum Comune Astense debeant cassari et irritari, revocari et deleri omnia cambia et instrumenta cambiorum et laudum et repressalliarum concessa et concessas predictis de Strazatis et Philipino Strazato quondam et omnia capitula statuta ac ordinamenta facta per ipsum Comune Astense in favorem dictorum Strazatorum et contra Çomune et homines Taurini, ita quod predicti de Strazatis seu aliquis alius qui causam haberet ab ipsis non possit nec debeat uti de ipsis cambiis laudibus et repressalliis contra Comune et homines Taurini et de eorum districtu et quod Comune et homines de Ast debeant silencium imponere perpetuum dictis de Strazatis et causam habentibus ab eisdem super predictis et quolibet predictorum et predicta omnia et singula perpetuo facere observari et attendi, cassantes et irritantes predicti arbitri et arbitratores et amicabiles compositores ex potestate arbitraria eis concessa a partibus supradictis facta prima predicta solucione per predictum Comune et homines Taurini predictis de Strazatis prout superius dictum est ex nunc prout ex tunc omnia cambia et laudes et repressallias concessa et concessas per predictum Comune Astense sepedictis Strazatis occaxionibus supradictis et omnia instrumenta cambiorum laudum et repressalliarum eis facta per predictum Comune Astense sive ejus mandato et omnia et singula statuta, capitula et ordinamenta facta per ipsum Comune Astense in favorem dictorum Strazatorum et contra Comune et homines Taurini eo salvo quod per predicta non fiat prejudicium ipsis Strazatis in eo quod remanebit ad solvendum eis facta prima solucione, ita quod presens sentencia et arbitrium in sua permaneat firmitate cassatis ipsis cambiis et capitulis superius memoratis.

Item dixerunt, statuerunt et ordinaverunt pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod predicti Centorius et Bertholinus facta predicta prima solucione silicet de predictis septem centum quinquaginta libris teneantur facere per se se et per legitimum procuratorem pacem et finem et pactum de non petendo et omnimodam absolucionem, remissionem et quietacionem predicto Comuni et hominibus Taurini seu eorum Sindico recipienti nomine et vice dicti Comunis et hominum ac singularium personarum de Taurino de omnibus injuriis offensionibus dampnis datis in personis et rebus supradictis Strazatis tempore captionis Castri Caburreti et occaxione ipsius per predictos Comune et homines et singulares personas de Taurino.

Item dixerunt, statuerunt et ordinaverunt pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod predicti de Strazatis facta predicta prima solucione de predictis libris septem centum quinquaginta incontinenti teneantur et debeant per se vel legitimum procuratorem facere pacem et finem et remissionem ac quietacionem et pactum de ulterius non petendo domino Johanni Silo nepoti quondam domini Guillelmi Sili, Facio et Maynfredo et fratribus filiis quondam predicti domini Guillelmi Sili, Henrieto filio quondam domini Jordani Sili, Oddono et Manoello filiis quondam domini Aymonis Sili domino Andree Silo et eius nepotibus filiis quondam domini Nicholay et Philipono, Bertholoto, Vioto, Ruffino, et Gaspardo Silis, et generaliter omnibus aliis et singulis de hospicio Silorum de Taurino, personaliter vel eorum procuratori sive alii pro eis et eorum nomine recipienti legitime pro eisdem plenarie de omnibus odiis rancoribus et malivolenicis obscuritatibus et disordiis que habent et habere videntur contra ipsos Silos de omnibus injuriis dampnis et offensionibus, fructibus, obvencionibus proventibus et gcdiis interesse et juribus et aliis quibuscumque de quibus vel pro quibus ipsos Silos vel aliquos eorum appellare vel convenire possent quocumque tempore occaxione Caburreti, rerum et bonorum ipsius loci Caburreti seu captionis eorum sive dejectionis seu spoliacionis predicte et alia quacumque occaxione sive quibuscumque occaxionibus ipsius castri vel occaxione ipsius et bonorum et rerum ipsius. eo salvo et excepto quod si predicti Sili vel aliquis eorum teneret vel possideret aliquam terram possessionem seu possessiones quam seu quas predicti de Strazatis seu aliquis alius de Strazatis aquisivissent in finibus predicti Castri Caburreti et civitatis Taurini seu Montiscalerii quod non intelligantur per predictam pacem et finem seu pactum de non petendo remisisse illud jus quod haberent

in predicta terra possessione seu possessionibus set ipsam terram possessionem seu possessiones possint petere et vendicare non obstantibus predictis seu aliquo predi torum et eciam non obstante aliqua temporis prescriptione que cucurrisset ab eo tempore citra quo dictum Castrum captum fuit per homines Taurini usque nunc.

Item dixerunt, statuerunt et ordinaverunt, pronunciaverunt atque arbitrati fuerunt quod predicti de Strazatis per se vel per eorum procuratorem possint petere et vendicare a quolibet detentore seu possessore omnes illas possessiones quas emerunt seu aliquo alio titulo adquisiverunt ipsi vel aliqui de Strazatis in predictis finibus Caburreti, Taurini seu Montiscalerii non obstantibus supradictis dummodo ille possessiones seu terre non forent de illis possessionibus et terris que sunt vel fuerunt de predicto Castro Caburreti tempore aquisicionis seu acquisicionum factarum per ipsos Strazatos vel aliquem ipsorum.

Item dixerunt, statuerunt et ordinaverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod per predictum Comune Astense seu per Sindicum dicti comunis nomine ipsius comunis fiat absolucio et quietacio ac remissio et pactum de ulterius non petendo comuni et hominibus Taurini seu Sindico dicti comunis Taurini recipienti nomine et vice dicti comunis Taurini de omnibus expensis factis per predictum Comune Astense in custodia pontis padi de Taurino et Motte seu bastite site prope ipsum pontem seu per speciales personas de Ast que dictum pontem et bastitam seu Mottam custodiebant nomine Comunis Astensis et de omnibus injuriis dampnis et offensionibus factis per Comune et homines Taurini illis personis que dictum pontem mottam seu bastitam custodiebant et tenebant tempore captionis eorum sive dejectionis seu spoliacionis predicte ut dicitur et quod predictum Comune Astense debeat cassare et irritare et delere et adnullare omnia cambia, laudes et repressallias que et quas dictum Comune Astense dedit et concessit illis personis que tenebant et custodiebant predictum pontem et mottam tempore predicte captionis ita quod illi quibus dicta cambia concessa fuerunt et eorum heredes et causam habentes ab ipsis non possint uti de ipsis cambiis, laudibus et repressaliis contra Comune et homines Taurini et districtus et quod non possint de cetero inquietare Comune et homines Taurini occaxione dictorum cambiorum, laudum et repressalliarum, dampnorum datorum et expensarum factarum occaxionibus antedictis revocantes cassantes et irritantes predicti arbitratores ex arbitraria potestate eis concessa a partibus predictis omnia cambia laudes et repressallias data et concessas illis qui dictum pontem, mottam sive bastitam tenebant et custodiebant per predictum Comune Astense et omnia instrumenta cambiorum eis facta occaxione predicta et omnia statuta, capitula et ordinamenta facta per predictum Comune Astense in favorem illorum qui dictum pontem, bastitam sive mottam tenebant et custodiebant tempore captionis predicte et contra Comune et homines Taurini.

Item dixerunt, statuerunt et ordinaverunt, pronunciaverunt atque arbitrati fuerunt quod facta predicta prima solucione que fieri debet per Comune et homines Taurini predictis de Strazatis ut supra quod ex nunc prout ex tunc omnia alia et singula cambia, laudes repressallie date et concesse per Comune Astense et per alia et singula Comunia de districtu et poderio Comunis Astensis usque ad presentem diem contra Comune et homines Taurini et omnia statuta et capitula et ordinamenta facta in favorem illorum quibus dicta cambia concessa sunt vel fuerunt et contra Comune et homines Taurini sint ex nunc prout ex tunc cassa et irrita et nullius valoris et momenti ita quod illi quibus dicta cambia concessa sunt vel fuerunt non possint de cetero uti ex ipsis cambiis, laudibus et repressalliis seu illi qui causam haberent ab eis contra Comune et homines Taurini. Et eodem modo dixerunt, statuerunt et ordinaverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod omnia cambia, laudes et repressallie date et concesse per comune et homines Taurini heredibus domini Petri borgexii quondam occaxione domus seu partis cujusdam domus quam habebant in Civitate Astensi et de qua dictus dominus Petrus spolliatus fuit per certos homines de Ast et occaxione quorumdam debitorum seu creditorum que dictis heredibus debentur per certos homines de Ast prout dicunt et omnia statuta, capitula et ordinamenta facta per predictum Comune Taurini in favorem predictorum filiorum et heredum domini Petri quondam et contra predictum Comune et homines de Ast sint ex nunc prout ex tunc cassa et irrita et nullius valoris vel momenti ita quod predicti filii et heredes dicti domini Petri quondam non possint de ipsis cambiis vel instrumentis cambiorum uti contra predictum Comune et homines de Ast nec ipsum Comune et homines de Ast possint de

cetero occaxione dictorum cambiorum molestare vel inquietare eo salvo et exceptato et expresse dicto per ipsos arbitros quod nullum per hanc revocacionem, cassacionem et irritacionem predictorum cambiorum laudum et repressalliarum fiat preiudicium filiis et heredibus dicti domini Petri quominus agere possint contra eorum debitores et heredes eorum et detentores et possessores qui tenerent vel possiderent aliquid de bonis sibi obligatis occaxione eorum debitorum seu creditorum.

Item dixerunt, statuerunt et ordinaverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod Comune et homines Taurini curent et facere debeant quod predicti filii et heredes dicti domini Petri facere debeant pacem et finem et omnimodam remissionem de omni jure quod habebant seu habere videbantur in quadam domo seu parte ipsius domus scite in Ast cui coheret Ubertus de mercato que est ad portam mercati et fuit quondam Conradi Laurencij illis qui dictam domum tenent et possident ad presens seu eorum nuncio et procuratori vel sindico Comunis Astensis quandocumque per ipsos possessores seu per eorum procuratorem et sindicum Comunis Astensis fuerint requisiti facta predicta prima solucione que fieri debet per Comune Taurini dictis de Strazatis infra terciam diem postquam per ipsos possessores seu per eorum procuratorem et Sindicum denunciatum fuerit Judici vel rectori Civitatis Taurini ut predictam absolucionem fieri faciat per ipsos heredes ut predictum est.

Item statuerunt, dixerunt et ordinaverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod omnia alia et singula cambia, laudes et repressallie date et concesse per homines et Comune Taurini alicui de Taurino et contra Comune et homines de Ast vel ejus districtu, facta predicta prima solucione que fieri debet per Comune et homines Taurini predictis de Strazatis sint cassa et irrita et nullius valoris et momenti ita quod de ipsis uti non possint contra predictum Comune et homines de Ast nec dictum Comune et homines de Ast et districtu possint molestare inquietare occaxione dictorum cambiorum laudum et repressalliarum.

Item dixerunt, statuerunt et ordinaverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod omnes illi de Ast et de districtu Astensi qui cambia, laudes et repressallias habent contra Comune et homines Taurini et de ejus districtu et omnes illi de Taurino qui cambia laudes vel repressallias habent contra Comune et homines de Ast et de ejus districtu non possint nec debeant uti de eorum cambiis, laudibus, repressalliis hinc ad predictum primum terminum infra quem predictum Comune et homines Taurini solvere debent predictas libras septemcentum quinquaginta predictis de Strazatis et si dicta solucio facta fuerit per predictum Comune et homines Taurini seu per eorum Sindicum predictis de Strazatis quod abinde in antea omnia cambia hinc inde data et concessa per predicta Comunia de Ast et de Taurino ac eciam per aliquod aliud Comune de poderio Astensi sint cassa et irrita et nullius valoris et momenti prout superius dictum est. Et si predicta solucio non fuerit facta per predictum Comune et homines Taurini seu per eorum sindicum predictis Strazatis de predictis libris septemcentum quinquaginta que solvi debent infra quatuor menses quod predicti Strazati et omnes alii de civitate et districtu Astensi qui cambia habent contra Comune et homines Taurini et predicti filii et heredes domini Petri Borgexii et omnes alii de Taurino qui cambia habent contra Comune et homines de Ast et de ejus districtu uti possint de eorum cambiis, laudibus et repressalliis non obstantibus predictis sicut poterant ante quam predicte partes compromissum predictum fecissent in predictos arbitratores.

Item dixerunt, statuerunt et ordinaverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod predictis heredibus domini Petri Borgexii eorumque procuratori fiat et fieri debeat plenum jus per potestatem et judicem Comunis de Ast vel alium ipsorum de eorum debitoribus de Ast et districtu eorum, eorumque rebus sive creditis seu debitis non obstante eisdem heredibus alicuius temporis prescriptione vel transcursu sive contra eorum instrumenta et debita sive credita imo quantum ad ipsorum instrumenta, debita sive credita tempus aliquod non obstet nec aliqua prescriptio possit opponi et si tempus cursum esset et eisdem debitis vel creditis pro non curso habeatur usque ad presentem diem ab eo tempore citra quo per Comune Astense datum et concessum fuit cambium illis qui custodiebant pontem padi et mottam sive bastitam nec ab eo tempore citra quo predicta capta fuerunt seu quod illi de Ast qui custodiebant ipsum pontem et bastitam de predictis ponte, motta et bastita desjecti fuerunt et quod per potestatem Comunis Astensis seu per judicem ipsius potestatis coram quo judice dicti filii et heredes domini Petri Borgexii voluerint litigare compellatur ille jurisperitus de Ast quem ipsi heredes voluerint pro advocato et quem ipsi vel eorum procurator nominaverint potestati

seu judici dicti potestatis ad prestandum eis patrocinium eorum expensis in causis seu litibus quas habuerint vel habere voluerint cum aliquo cive Astensi non obstante aliquo capitulo in contrarium loquente nisi ille judex nominatus habuerit justam causam se excusandi et tunc teneatur ei dare unum alium sufficientem et quod dictum est de predictis filiis et heredibus dicti domini Petri intelligatur de omnibus aliis et singulis Civibus Taurini qui aliquid habere deberent ab aliquo cive Astensi et eodem modo et forma plenum jus fiat in Taurino per Judicem Taurini predictis de Strazatis et omnibus aliis civibus Astensibus qui aliquid habere deberent ab aliquo Cive Taurini. Et que dicta sunt de prescriptione temporis in favorem dictorum filiorum et heredum dicti domini Petri Borgexii intelligatur dicta esse et arbitrata in favorem dictorum Strazatorum et aliorum civium Astensium vice versa.

Item dixerunt, statuerunt et ordinaverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod quoddam pedagium novum imponatur et colligatur duodecim denariorum Astensium pro quolibet equo vel equa, mulo vel mula hominum civitatis et de terra sive districtu Astensi qui venient ad civitatem Taurini et qui per ipsam civitatem Taurini vel aliunde iret ad partes ultramontanas vel ad Ripolas sive in vallem Secuxie vel qui reddiret de partibus ultramontanis et de Valle Secuxie et de Ripolis versus Civitatem vel terram seu districtum ansteusem et quod si aliquis Astensis vel de terra et districtu predicto veniret tantum ad civitatem Taurini ita quod non procederet ultra ipsam civitatem pro redditu nihil solvere debeat de dictis duodecim denariis quantumcumque moram contraheret in ipsa civitate.

Item pronunciaverunt, statuerunt et ordinaverunt et arbitrati fuerunt quod omnia pedagia que capiuntur vel colligüntur in Civitate Taurini vel colligi consueverunt de omnibus mercahandiis et bestiis de mercahandia inquartentur seu quod quartum capiatur ultra pedagium consuetum, que ducerentur vel aportarentur per homines dicte civitatis et de terra et districtu Astensi per se vel per alios quoscumque portarentur vel ducerentur de partibus ultramontanis vel Valle Secuxie vel versus partes predictas exceptis pedagiis Trossellorum que non inquartentur set intercientur ut infra continetur.

Item dixerunt, statuerunt, ordinaverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod totum illud pedagium quod capietur et colligetur de predicto pedagio novo et de dicto quarto ponatur ad solvendum libras quatuor centum sexaginta tres et solidos duos quas habere debent filii et heredes domini Petri Borgexii quondam pro emenda et restitucione domus sive partis domus quam habebat in Ast et de qua sunt, jam est diu, spolliati et quod solutis libris quatuor centum sexaginta tres solidis duobus dictum pedagium duodecim denariorum et predictum quartum cesset et amplius non exigatur nec colligatur.

Item dixerunt, statuerunt, ordinaverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod Comune et homines Taurini et mercatores predicte civitatis Astensis comuniter mutuare debeant super predicto pedagio novo et quarto libras tercentum decem vel circa id de quibus denariis solvatur Antonio Roerio et socio et Bertholino Abellonio ac Vercelliuo de Plays, fratri Petri Zavaterij pro eo quod dederunt predictis heredibus domini Petri Borgexii quondam occaxione suarum redemptionum.

Item dixerunt, statuerunt, ordinaverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod Comune et homines Taurini super dicto pedagio novo et quarto mutuare debeant libras centum quadraginta vel circa id occaxione solvendi dictis heredibus pro residuo eis debito de predictis libris quatuor centum sexaginta tres solidis duobus.

Item dixerunt, statuerunt, ordinaverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod Comune et homines Taurini et predicti mercatores de Ast capere et colligere debeant de predicto pedagio novo et quarto quilibet pro ea parte quam mutuaverit de predictis libris quatuor centum sexaginta tres et solidos duos.

Item dixerunt, statuerunt, ordinaverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod per predictum Comune et homines Taurini et per predictos mercatores Astenses eligatur unus probus homo qui colligere debeat dictum pedagium novum et quartum in dicta Civitate Taurini vel ad pontem padi Taurini et qui de ipso pedagio predictis Comuni et mercatoribus debeat reddere racionem et satisfacere cuilibet predictorum pro sua parte ut supra usque ad completam solucionem predictarum librarum quatuor centum sexaginta trium et solidorum duorum. Qui collector dare debeat unam podessiam cuilibet de Ast vel districtu qui ire vellet versus partes Secuxie.

Item dixerunt. statuerunt. ordinaverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod per Comune

et homines Taurini et per predictos mercatores Astenses eligatur unus probus homo in Secuxia qui non permittat aliquem Astensem vel de terra dicte Civitatis pertransire nisi habuerit podessiam a pedagerio Civitatis Taurini vel sibi solvat dictum pedagium duodecim denariorum ut supra.

Item dixerunt, ordinaverunt, statuerunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod pedagium trossellorum intercietur ita quod ubi Astenses solvunt vel solvere consueverunt viginti sex vianenses pro quolibet trossello solvant et solvere debeant triginta novem vianenses pro quolibet trossello de quibus triginta novem vianensibus sint et esse debeant Comunis et hominum Civitatis Taurini viginti sex vianenses quousque satisfactum fuerit eis de libris septem centum quinquaginta Astensibus quas solvere debebunt Centorio Strazato et Nepotibus pro medietate illius quantitatis quam dictum Comune et homines solvere debebunt dicto Centorio et Nepotibus per certos terminos per arbitros ordinandos occaxione cambii dati dictis de Strazatis pro facto Caburreti et reliqui tresdecim viannenses dicti pedagii sint et esse debeant dominorum dicti pedagii.

Item dixerunt, statuerut, ordinaverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod per predictum Comune et homines Civitatis Taurini et per mercatores Astenses eligatur unus probus homo de Taurino qui colligat et colligere debeat predictum pedagium trossellorum et qui teneatur et debeat de ipso pedagio reddere racionem Comuni et hominibus Taurini et mercatoribus Astensibus ac eciam dominis dicti pedagii et qui solvere et satisfacere debeat dicto Comuni et hominibus Taurini de duabus partibus dicti pedagii sive de predictis viginti sex denariis vianensibus quousque plenarie satisfactum fuerit dicto Comuni et hominibus Taurini de predictis libris septemcentum quinquaginta Astensibus et qui reddere debeat ac solvere dominis dicti pedagii de reliqua tercia parte silicet de denariis tresdecim vianensibus pro quolibet trosello et solutis et satisfactis dictis libris septem centum quinquaginta dicto Comuni et hominibus Taurini amplius non intercietur set tantum per homines Astenses solvantur dominis dicti pedagii seu eorum collectoribus viginti sex Vianenses pro trossello sicut hinc retro solvere consueverunt.

Item dixerunt, statuerunt, ordinaverunt, pronunciaverunt, et arbitrati fuerunt quod omnes persone de Ast et de terra et districtu ipsius civitatis Astensis que ibunt de cetero ad partes ultramontanas vel versus Vallem Secuxie cum mercahandiis vel sine mercahandiis ire debeant et transire per pontem padi et per intus civitatem Taurini et tenere stratam ordinatam per Comune et homines Taurini sive ordinandam et eodem modo omnes ille persone heedemque que venerint de partibus ultramontanis et de Valle Secuxie vel Ripolis cum mercahandiis vel sine venire et transcire debeant cum eorum personis et mercahandiis per intus ipsam civitatem et pontem predictum et tenere stratam super hec ordinandam et solvere supradicta pedagia ut supra ordinata sunt eo salvo et exceptato quod si alique persone de predicta civitate seu de terra et districtu Astensi essent que non auderent venire per dictam civitatem Taurini et tenere dictam stratam sine periculo suarum personarum propter aliquas speciales inimicitias, quod ille tales persone licite ire possint undecumque voluerint ipsis solventibus in Secuxia pedagium superius ordinatum et quod per Comune et homines de Ast ille tales persone que non auderent tenere dictam stratam nominentur et in scriptis dentur Comuni et hominibus Taurini seu rectori dicte Civitatis et teneantur dicte persone ire et tenere dictam stratam quousque dicto Comuni satisfactum fuerit de predictis libris septem centum quinquaginta Astensibus ut supra.

Item dixerunt, statuerunt, ordinaverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod per Comune et homines Taurini emendetur hominibus de Ast et de eius terra et districtu omne dampnum rerum que eis aufferrerentur in districtu Taurini in via ordinanda per ipsum Comune et homines et si aliqua persona de Ast vel eius terra seu districtu teneret aliam stratam sive viam preter illam que ordinabitur per Comune et homines Taurini vel que iret ante diem vel de nocte et aliquod dampnum susbtineret quod Comune et homines Taurini non teneantur ei facere aliquam emendam et eodem modo teneantur Comune et homines de Ast emendare hominibus de Taurino si dampnum paterentur in terra Astensi in stratis ordinatis.

Item dixerunt, ordinaverunt, statuerunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod Antonius Rotarius Bertholinus, Abellonius et Thomaynus Pulsavinus et Vercellinus de Plays frater Petri Zavaterii de Ast teneantur et debeant facere per se vel per eorum legitimos procuratores pacem et finem et remissionem et pactum de ulterius non petendo filiis et heredibus domini Petri Borghexii de illis quantitatibus pecunie quas predicti filii et heredes domini Petri Borgexii ab ipsis habuerunt et receperunt occaxione

captionis sive captionum et detencionum factarum per predictos filios et heredes dicti domini Petri et de ipsis captionibus sive detencionibus eo tempore quo per mercatores de Ast et per Comune Taurini solucio et satisfacio eis fiet de dictis quantitatibus nomine dictorum heredum et quod tempore dicte solucionis restituent ipsius heredibus instrumenta que habent de ipsis occaxione dictarum quantitatum pecunie.

Item dixerunt, statuerunt, ordinaverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod per Comune et homines Taurini dentur et solvantur hinc ad quatuor menses proxime venturos libre sex Astenses vel monete equivalentis in Civitate Tauriui Guillelmo Burduto pro restitucione telarum suarum quas habuerunt Jacobus corbellerius et Guillelmus de Pertuxio occaxione cuiusdam cambii quod habebant contra Comune et homines Carij dicti Jacobus et Guillelmus.

Item dixerunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt voluntate dictorum Sindicorum et voluntate et consensu dictorum Centorii et Bertholini quod de illis libris septem centum quinquaginta quas dare debet Comune Taurini ipsis Centorio et Bertholino dentur et solvantur dominis Henrico Gardino et Percevallo Barleto libre quinquaginta quinque Astenses vel equivalentis monete.

Item dixerunt, statuerunt, ordinaverunt, pronunciaverunt ac arbitrati fuerunt quod predicti Sindici curare debeant cum effectu quod omnia predicta et singula que pronunciata, arbitrata, statuta et ordinata sunt per predictos arbitratores super facto pedagiorum et stratarum approbentur ratifficentur et emologentur per predicta Comunia seu per Rectores et Credendarios dictorum Comunium infra duos menses proxime venturos.

Item dixerunt, statuerunt, ordinaverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt quod omnia predicta et singula arbitrata, pronunciata, statuta et ordinata seu dicta per predictos Arbitros attendi debeant et observari per ipsas partes et quamlibet earum sub pena apposita in compromisso et quod predicti Sindici nominibus quibus supra et predicti Centorius et Bertholinus emologare et approbare debeant in continenti omnia predicta et singula retinentes in se dicti arbitri et Arbitratores et amicabiles compositores de voluntate dictarum parcium quod possint comuniter et unanimiter interpretari declarare et iterum pronunciare si opus fuerit semel et pluries sicut eis placuerit.

Que omnia et singula superius dicta, statuta et ordinata ac pronunciata et arbitrata per predictos arbitros et arbitratores ac amicabiles compositores predicti Sindici nominibus quibus supra et predicti Centorius et Bertholinus emologaverunt. approbaverunt et ratifficaverunt et inde precepta sunt fieri michi Frederico Lune notario Civi Taurini et Francisco Morando de Ast notario per predictos Arbitros et Arbitratores et Sindicos et Centorium et Bertholinum predictos eiusdem tenoris plura publica instrumenta.

Actum est hoc in Villa Podii Varini in domo Comunis in qua conscilia celebrantur; interfuerunt testes vocati et rogati Frater Philipus Puscha et Frater Ruffinus de Carena de Ast de ordine predicatorum, domini Henricus Gardinus el Percevallus Barletus Cives Astenses et Joannes de Yporegia notarius civis Taurini.

Ego Fredericus Luna Notarius Curie Civitatis Taurini pro illustri viro domino Philipo de Sabaudia predictis omnibus et singulis interfui et hanc cartam ut supra in tribus membranis simul sutis et in pluribus locis meo signo sive testu consueto signatis rogatus fieri traddidi et scripsi.

(Ex eadem membrana).

## 1051. *Comune Taurini* prestum *seu* casanam *Leonhardo Solario civi astensi vendit.* 1301. 30 novembris.

In christi nomine Amen. Anno a nativitate eiusdem currente Millesimo CCC primo, Iudictione XIIIJ die ultimo mensis Novembris. Coram me notario et testibus infrascriptis, In maiori Consilio sive Credencia Civitatis taurini ad sonum canpane more solito congregata sive congregato ubi aderant plus quam due partes Consiliariorum sive Credendariorum Consilii supradicti. Dominus Jordanus de montebreono Judex Curie Civitatis Taurini in dicto Consilio constitutus voluntate et consensu dictorum Consiliariorum et ipsi Consiliarij auctoritate et consensu dicti iudicis, Cupientes sibi circa utilitatem Comunis taurini providere, fecerunt investituram et vendictionem nobili viro domino leonardo de Solario Civi astensi ibi presenti et recipienti de medietate presti sive potestate mutuandi mutua pignorum

rerum mobilium nuper fieri et teneri ordinatum in Civitate jamdicta tam per illustrem virum dominum philipum de Sabaudia principem Achaye quam per Comune Civitatis predicte. Tali modo forma et tenore quod idem dominus leonardus socijque sui et familiares quos habere voluerit pro dicto presto exercendo et operando habeant teneant et possideant usque ad x annos proxime venturos et completos secundum formam ordinamentorum et pacionum infrascriptorum et infrascriptarum et ipsis paccionibus et ordinamentis ab ipsis partibus integraliter et cum effectu observatis solvendo tamen idem dominus leonardus dicto Comuni seu certo et legitimo sindico ipsius Comunis pro precio seu censu dicti presti anni huius presentis usque ad festum nativitatis domini proximum libras LX bonorum astensium et ab isto anno in antea annuatim in festo omnium sanctorum usque ad finem dictorum x annorum libras LX eiusdem monete, ad quam pecunie quantitatem solvendam in taurino ut supra idem dominus leonardus se et sua erga dictos consiliarios et fredericum luriam massarium dicti comunis et me notarium infrascriptum ut publicam personam stipulantem et recipientem vice et nomine dicti comunis sollepniter obligavit. Et e converso dicti dominus judex et consiliarij auctoritate et consensu quibus supra promiserunt dicto domino leonardo deffendere et manutenere dictum prestum seu ius mutuandi usque ad tempus predictum sub ypoteca rerum omnium comunis predicti. Que omnia et singula supradicta dicte partes nominibus quibus supra promiserunt sibi ad invicem solepnibus stipulacionibus hinc inde intervenientibus adtendere et observare sub ypoteca rerum suarum et Comunis infrascripti ac dapnorum expensarum et interesse de quibus sibi adinvicem simplici eorum verbo sine aliqua probatione credere promiserunt et eciam ea omnia et singula adtendere et observare cum effectu ad sancta dei evangelia iuraverunt corporaliter tacta ab ipso domino leonardo pro parte sua et a maraffo mandatario dicti comunis pro parte ipsorum consiliariorum et comunis ac eciam ipsis dictum iuramentum per dictum maraffum fieri iubentibus et volentibus super animas eorumdem renunciando exceptioni non facte dicte vendictionis et promissionum predictarum ut supra et omni alij. Tenor vero dictarum pactionum et ordinamentorum de quibus supra fit mencio et que ab ipsis partibus in facto dicti presti ab ipsis partibus debent observari talis est.

In nomine domini Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo CCC°, Indicione XIIJ die . . . mensis . . . . . . . Hec sunt ordinamenta sive statuta facta per dominum jordanum de montebreono iudicem Curie taurini, dominum Ruffinum borgexium, philiponum Silum, Jacobum Zucham, Poncium prandum, Guillelmum boaterium, fredericum silverium et Serotonem de Aldemario Cives taurini ad hoc deputatos per maius consilium Civitatis predicte a quo predictis sapientibus super infrascriptis statutis et ordinamentis faciendis fuit adtributa potestas. Primo namque statuerunt et ordinaverunt quod unum prestum sive una casana vel plures presti fiant et sint in taurino ad mutuandum super pignoribus rerum mobilium tantum iuxta convenciones habitas inter Illustrem virum dominum philipum de Sabaudia ex parte una et predictos dominum Jordanum et eius socios infrascriptos nomine ipsius comunis ex alia. Item quod nullus qui teneat ipsam casanam sive prestum predictum aut emerit, possit nec debeat capere ab aliquo ad dictam casanam mutuo recipiente pecuniam pro qualibet libra ultra denarios VJ et abinde usque ad x solidos inclusive pro rata sed teneatur ad racionem et quantitatem predictam mutuari et fiat eidem Casanario vel mutuatori ius sive restitucio vel solucio ita bene de usura vel guiardono quemadmodum de sorte et tam ad solucionem usure predicte quam sortis faciendam traddere conpellatur debitor et conpelli possit sicut pro sorte per judicem sive Curiam taurini aliquo capitulo loquente de non reddendo iure de usura non obstante et qui contra fecerit solvat pro pena pro quolibet et qualibet vice solidos LX.

Item quod nullus de taurino vel ibi habitans aut aliunde possit super pignoribus rerum mobilium mutuare pecuniam in taurino vel territorio taurini aut districtu alicui persone, collegio vel universitati nisi ille vel eius nuncij qui predictum prestum emerint a predicto domino philipo et Comuni taurini et qui contra fecerit solvat pro pena et banno pro quolibet et qualibet vice solidos v, pro qualibet libra quam prestaret nisi hoc faceret de voluntate ipsius emptoris.

Item quod omnes de taurino vel habitantes in taurino tam presentes quam futuri possint sicut ante ad cartas et sub cartis et sine cartis super pignoribus rerum inmobilium mutuare omnibus quibus voluerint licite et inpune sicut ante poterant et sub obligacione omnium bonorum suorum.

Item quod illi qui emerint ipsum prestum pignorum rerum mobilium teneantur custodire et servare pignus usque ad annum et usque ad annum unum computandum a tempore dati mutui possit

debitor vel obligator pignoris illud luere sive redimere, quod si non fecerit abinde in antea possit vendere pignus dando debitori et redendo si quid plus debito et usuris habuerit ex ipso pignore vel eius vendictione et si minus habuerit teneatur debitor restituere sive solvere credictori deffectum et super hoc credatur sacramento credictoris.

Item quilibet bone fame cum iuramento ab eo prestito possit accusare de predictis quoscumque sciverit facere contra predicta vel aliquid predictorum et credatur eius accuse sine alia probacione et habeat accusator terciam partem banni.

Item quod vendictio presti debeat fieri hominibus sive habitatoribus taurini volentibus eum emere pro eodem precio quam ab extraneis offereretur. Preterea actum fuit expresse inter contrahentes predictos quod ipse dominus leonardus et eius socij de taurino si quos habere voluerit et eius familiares stantes in taurino recipiantur in protectione domini et Comunis predictorum quodve a taleis aliisque expensis faciendis pro comuni sint inmunes nec ad eas faciendas minime teneatur et eodem modo ab exercitibus et cavalcatis.

Item quod si questio aliqua aut cambium aliquod oriretur inter dictum dominum philipum et comune taurini cum hominibus et comuni Civitatis astensis communiter vel divisim quod nichilominus ipse dominus leonardus et eius familiares possint ire et reddire ac stare salvi et securi cum eorum bonis et rebus in taurino et extra per eius territorium ad eorum voluntatem ita tamen quod occaxione alicuius questionis vertentis inter dicta comunia non possit impediri ipse dominus leonardus nec eius familiares aut res.

Item quod si aliquis familiaris ipsius domini leonardi comiteret aliquod maleficium quod propterea nulla bona Casane ipsius domini leonardi seu in ipsa Casana existentes capi possint occaxione predicta.

Item quod fiat eidem domino leonardo solucio seu restitucio monete quam prestiterit de eadem vel equivalenti moneta quam prestiterit.

Item quod nulla res que ad dictam casanam fuerit impignorata possit haberi nec recuperari a casanariis ipsius casane nisi prius ei facta solucione de eo quod prestiterit super ea et de usuris nisi hora suspecta et a persona suspecta impignorata fuisset res predicta.

Actum est hoc in Civitate Taurini in domo voltarum curtis grani ubi ius redditur presentibus Robaudino de scarra. Sorcellino garreto notario Curie, Rosseto de Vignolio ac zurrato et raspano mandatariis dicte Curie testibus ad predicta convocatis.

Et ego Johannes lunati de Civitate Taurini publicus imperiali auctoritate notarius predictis interfui et inde hanc cartam fieri rogatus tradidi et scripsi meoque signo consueto signavi.

(E membrana archetypa tabularii municipii taurinensis).

# INDEX MONUMENTORUM

## APPENDICIS IN ORDINEM TEMPORUM DIGESTUS

1194. 21 aprilis, **991**. Astenses et Vercellenses, Astenses et Otho Casalis Valoni dominus damna et iniurias utrinque illatas ultro citroque dimittunt. — 22 aprilis, **992**. Vercellenses et Astenses pactionem faciunt, ne quis civium vexetur, exceptis debitoribus et fidejussoribus.

1198. 15 martii, **993**. Vercellenses, Astenses et Alexandrini, salvo langobardico foedere, ineunt foedus contra marchionem Montisferrati, Casalenses, Pacilianenses et Cavagnolenses. — 10 septembris, **994**. Casalenses quidam legatis Astensium et Alexandrinorum se obsides tradunt.

1199. 28 martii, **995**. Astensium legati sacramento pollicentur, in Astensium controversia cum marchione Montisferrati, se Mediolani et Placentiae legatorum judicio acquicturos fore. — **996**. Bonifacius, marchio Montisferrati, quae ab Astensibus, Alexandrinis et Vercellensibus sibi debita censeat, exponit. — 2 maii, **997**. Tum Bonifacius, marchio Montisferrati, tum Novarienses, Vercellenses, Astenses eorumque foederati sua in captivos jura tradunt Mediolanensibus ac Placentinis.

1200. 15 octobris, **998**. Bonifacius, marchio Montisferrati, ejusque filius Guilielmus, Mediolani potestatis et Placentiae legatorum opera, inducias paciscuntur cum Astensibus, Vercellensibus et Alexandrinis.

1201. 12 januarii, **999**. Ubertus de donna Bencia in civium ordinem accipitur. — 22 maii, **1000**. Tabulae pacis Astensium cum Albensibus, quibus et veteres tabulae annorum 1193 (1199-1200?) subjectae sunt. — 9 novembris. **1001**. Albenses de Barbarisco rationem faciendi onere levantur.

1203. 21 februarii, **1002**. Alexandrini atque Astenses controversiam de Aquosana arbitris committunt. — 5 maii, **1003**. Arbitri quibus Alexandrini et Astenses de Aquosana et Vinchio controversias mandaverant, judicium ferre recusant.

1217. 10 maii, **1004**. Pax et foedus Placentinorum cum Papiensibus, tum proprio, tum Langobardiae amicorum nomine, initum, qui foederi accedere velint, ac praecipue Astensium.

1221. 10 junii, **1005**. Guidus Landrianensis, Astae potestas, municipii nomine in dominium accipit quidquid municipium ab episcopo tenet, et episcopo fidelitatis juramentum praestat. — id. id., **1006**. Astensis credencia pacem, cum episcopo compositam, ratam facit.

1222. 16 junii, **1007**. Querela contra Albenses ob violatas imperatoris inducias. — 23 julii, **1008**. Quum Astensium legati Albenses vetuissent Barbariscum castrum novis operibus munire, Albensium potestas se paratum affirmat ea, fidejussoribus datis, diruere si ex jure id compertum fuerit, ac nonnulli municipii consiliarii fidejussores se offerunt: verum Astensium legati pactum propositum recusant.

1223. 25 aprilis, **1009**. Astenses quatuor cives deligunt qui cum Albensibus foedus componant. — 28 septembris, **1010**. De foedere, de civitatis communicatione, de concordia et amicitia Astenses et Albenses conveniunt cum Alexandrinis: 30 octobris, Alexandriae legatus civium Astensium sacramentum praebet.

1224. **1011**. Astenses poscunt ab Albensibus ut legatos deligant ad foederis conditiones nonnullas implendas. Albenses aiunt foederis pacta non rite servata fuisse ab Astensibus: nihilominus si Astenses resipiverint, Albenses pollicentur se, quae ab ipsis postulantur, tempore opportuno, facturos.

1225. 15 novembris, **1012**. Milanus Bentius in civium ordinem accipitur.

1232. 19 julii, **1013**. Foedus Astensium, episcopi et municipii taurinensis, Montiscalerii, Pinarolii, Plossaschi, Bagnolii et Bargiarum contra omnes, excepto Sabaudiae comite, ac praecipue contra Cherium.

1237. 16 augusti, **1014**. Ravarinus Bellotus Cremonensis, Astensium potestas, civitatis nomine Uberto Episcopo fidelitatis juramentum praestat. — **1015**. Episcopus praecipit astensi municipio, ut auxilium suppeditet contra Cuneates, qui Morocium aggressi sunt et Morocienses Cuneum transferre cupiunt.

1245. 29 maii, **1016**. Astae potestas praecipit ut, quae homines Thomae, Sabaudiae comitis, contra Segusii abbatis fidejussionem Montiscaleriensibus praedati sint, eisdem reddant.

1250. 5 julii, **1017**. Jacobus a Carretto, Savonis marchio, aedibus excitandis, Astae praedium emit.

1257. 17 novembris, **1018**. Thomas sabaudus suo et Blanderatis comitis sociorumque nomine cum potestate astensi Astae nomine, Augustae Taurinorum etc. inducias paciscitur. — 17 decembris, **1019**. Epistola Segusii abbatis ad Philippum sabaudum, Lugduni archiepiscopum, ut pacem Thomae comitis cum Astensibus confirmet et a Petro fratre, Sabaudiae comite, confirmandam curet.

1258. 6 julii, **1020**. Apocha nummorum ab Astensibus Nigellae nummulariis praebitorum atque pro rebus male acquisitis absolutio nomine summi pontificis.

1262. 8 februarii, **1021**. Astense municipium statuit non recedendum esse a bello cum Provinciae comite, donec ditionem episcopo sublatam restituerit et pacem cum eo composuerit.

1266. 20 octobris, **1022**. Canon duarum quotannis coenarum, earumque descriptio.

1275. 30 julii, **1023**. Astensis municipii concilium, quae cum marchione Montisferrati pacta fuere, confirmat nec non ejus judicium de municipii controversiis cum Thoma, Saluciarum marchione.

1279. 24 januarii, **1024**. Conradus episcopus astense municipium purgat ab excommunicatione in quam inciderat, quum castra et ditiones quasdam acquisivisset contra episcopi interdictum, dummodo ea intra statutum tempus restituat.

1282. 27 aprilis, **1025**. Societatis S. Secundi decretum.

1290. 25 aprilis, **1026**. Pactio ab Astensibus cum Amadeo, Sabaudiae comite, confecta. — 5 augusti, **1027**. Potestas ac quatuor astensis municipii sapientes Amadeum, Sabaudiae comitem, equitum multitudinem alendi onere eximunt. — 15 augusti, **1028**. Stipendia dynastis suppeditanda, quos cum militibus Astam Amadeus secum duxerat, statuuntur. — 13 septembris, **1029**. Adfines et amici captivorum, qui in Mombarucii castro custodiuntur, 400 libras astenses pro eorum redemptione se soluturos promittunt. — **1030**. Eadem promissio a potestate et sapientibus Astensium confirmatur. — 2 octobris, **1031**. Pactio quae 25 aprilis cum Sabaudiae comite confecta fuerat, confirmatur: pactorumque municipii idem comes se fidejussorem praebet stipendiariis. — 13 octobris, **1032**. Comes Amadeus sabaudus repetit 400 libras astenses pro Mombarucii captivis redemptis. — 14 octobris, **1033**. Idem repetit iterum comes Amadeus. — 16 octobris, **1034**. Comes Amadeus sabaudus tertio a municipio astensi 400 libras repetit, adiectis decem libris a se impensis. — 10 decembris, **1035**. Astense municipium cum Emanuele, Blanderatis comite, eiusque filiis et Antonio nepote pacem init.

1297. 20 novembris, **1049**. Astenses atque Taurinenses arbitros deligunt qui controversias componant. — **1050**. Arbitri, de quibus in superiore monumento sermo est, de Astensium cum Taurinensibus controversiis judicium ferunt.

1299. 3 februarii, **1036**. Concilium generale societatis populi minuti astensis Vivaldi Roglae petitioni de Casurcio annuendum esse censet.

1301. 27 aprilis, **1037**. B. et L. Correzarius centum libras *in acomanda et nomine acomande et societatis mercandie* recipiunt. — 30 novembris, **1051**. Comune Taurini *prestum* seu *casanam* Leonhardo Solario civi astensi vendit.

1304. 19 septembris, **1038**. Leonhardus Solarus morti proximus se faeneratorem confitetur fuisse atque usuris ad 5000 librarum surripuisse ac praesertim 300 libras episcopi detrimento: quare eam rei familiaris partem legat episcopo qua opus fuerit ad pecuniam, quam iniuria rapuerit, reddendam.

1309. 5 augusti, **1039**. Astense municipium atque

exules Amadeum, Sabaudiae comitem, et Philippum, Achaiae principem, deligunt ad componendas discordias. — 31 octobris, **1040**. Amadeus, Sabaudiae comes, arbiter statuit, stipendium, quod jam a municipio astensi Philippo sabaudo, Achaiae principi, ob lata quotannis auxilia persolvitur, tribus millibus astensium librarum augendum esse.
1310. 19 martii, **1041**. Amadeus, Sabaudiae comes, ac Philippus sabaudus, Achaiae princeps, de astensis municipii cum exulibus discordiis arbitri judicium ferunt an. 1309. 18 decembris, quod Rubeus de Maoneriis, Philippi sabaudi procurator atque astensis municipii ditionisque tutor, publici juris facit.
1311. 28 januarii, **1042**. Literae procuratoriae, quibus facultas facta est astensis municipii legatis Henricum imperatorem eiusque in Langobardia vicarium Amadeum, Sabaudiae comitem, adeundi atque pecuniam pro contrahendis militibus suppeditandi. — 8 aprilis, **1043**. Pacta Philippi sabaudi, Achaiae principis, cum gente de Castello astensi. — 8, 18 ac 22 aprilis, **1044**. Pacta Achaiae principis cum de Castello confirmantur.
1312. 24 januarii, **1045**. Bartolomaeus Cabalerius fatetur se, pro sediminis locatione, Panzoto Solaro 12 ½ tritici scopellas debere.
1321. 22 januarii, **1046**. Solari Beneti morientis confessiones et legata. — 6 novembris, **1047**. Rainerius Cazo haeredibus Beneti Solari omnium, quae ei ad compensandas usuras legaverat, apocham scribit.
1322. 1 junii, **1048**. Literae, quibus Ubertus, vercellensis episcopus, Simoni Rogle facultatem facit fratrem Vivaldum a male ablatis purgandi.

---

# INDEX MONUMENTORUM

## QUAE IN NONNULLIS MONUMENTIS HUJUS CODICIS VEL APPENDICIS TRANSCRIPTA SUNT

a *Dies monumenti.*
b *Numerus monumenti hujus Codicis in quo monumentum contra signatum transcriptum est.*

| a | b |
|---|---|
| 1227. XV, 8 octobris, ven. | 3 |
| 1255. XII (sic), 14 septembris. | 745 |
| 1261. IV, 2 aprilis, sab. | 578 ad 581 |
| 1261. (IV), 3 aprilis, lun. (dom.?) | 906 |
| 1263. VI, 17 julii, mar. | 945 |
| 1266. IX, 13 maii, . . | 945 |
| (1269). XII, 5 julii, . . . | 946 |
| 1278. VI, 20 aprilis, . . . | 981 |
| 1283. XI, 20 januarii, jov. | 981 |
| 1287. (XV), 9 junii, lun. | 754 |
| (1290). (III), 8 decembris, ven. | 1035 |
| 1293. VI, 8 octobris, jov. | 578, 579 |

# INDEX MONUMENTORUM

## CODICIS VEL APPENDICIS

### QUAE PASSIM

### IN ALIIS MONUMENTIS IPSIUS CODICIS VEL APPENDICIS MEMORANTUR

a *Numerus monumenti.*
b *Numerus monumenti in quo de monumento contra signato mentio est.*

| a | b | a | b | a | b | a | b |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 27 | 109 | 286 | 1023 | 592 | 831 | 830 | 1005, 1006 |
| 28 | 109 | 345 | 1023 | 593 | 832 | 831 | 340 |
| 29 | 109 | 347 | 8 | 631 | 867 | 862 | 340 |
| 33 | 47 | 374 | 405 | 639 | 786 | 863 | 864 |
| 46 | 49 | 406 | 405 | 641 | 952 ad 954 | 899 | 902 |
| 48 | 49 | 447 | 448 | 650 | 651 | 900 | 902 |
| 53 | 913 | 463 | 468 | 656 | 658, 660 | 908 | 909 |
| 118 | 120 | 481 | 506 | 664 | 666 | 912 | 911 |
| 130 | 131 | 482 | 511 | 669 | 663 | 914 | 915 |
| 143 | 146 | 483 | 502, 503 | 674 | 675 ad 677 | 918 | 922 |
| 150 | 152 | 484 | 504 | 676 | 677, 678 | 934 | 923 |
| 156 | 158, 159 | 485 | 502 | 679 | 680, 681 | 935 | 936, 937 |
| 165 | 149, 166 | 486 | 509 | 694 | 695 | 936 | 937 |
| 205 | 206 ad 208, 213 | 487 | 512 | 711 | 712 | 940 | 942, 943 |
| 206 | 213 | 489 | 508 | 727 | 739 | 941 | 942, 943 |
| 207 | 213 | 492 | 501 | 744 | 743 | 950 | 951, 952 |
| 208 | 213 | 494 | 505 | 788 | 790, 791 | 951 | 952 ad 954 |
| 211 | 212 | 495 | 507 | 790 | 792, 793 | 957 | 1000 |
| 241 | 240, 242 | 496 | 510 | 795 | 796 | 969 | 970 |
| 250 | 248 | 498 | 466 | 803 | 804 ad 808 | 977 | 978 |
| 254 | 696 | 500 | 528 | 804 | 807, 808 | 982 | 984 |
| 261 | 911, 912 | 548 | 554 | 805 | 807, 808 | 1010 | 984 |
| 264 | 266, 268 | 582 | 583 | 806 | 807, 808 | 1018 | 1019 |
| 265 | 264, 266 | 584 | 582 | 809 | 810 | 1026 | 1028, 1031 |
| 271 | 907 | 591 | 592, 1023 | 820 | 835 | 1030 | 1032 |
| | | | | | | 1049 | 1050 |

# INDEX ALIORUM MONUMENTORUM

## QUORUM IN CODICE VEL IN APPENDICE MENTIO OCCURRIT

a *Dies monumenti.*
b *Numerus monumenti hujus Codicis in quo monumentum contra signatum memoratur.*

| a | b |
|---|---|
| 1164. VIII, 5 mai | 327 |
| 1175. VIII | 790, 791 |
| 1198. I. 2 junii | 106 . |
| 1199. III, 10 octobris, dom. | 277 |
| 1200. III. 10 februarii. jov. | 277 |
| 1200. III. 11 februarii, ven. | 277 |
| 1202. (?) 26 decembris | 47 |
| 1204. VI, 21 maii | 820 |
| 1205. VIII, 19 maii | 820 |
| 1205. VIII. 20 maii. dom. | 100 |
| 1206. IX, 12 octobris | 820 |
| 1208. XI, 1 septembris | 820 |
| 1210. XIII, 25 novembris. jov. | 8 |
| 1211. (ante 4 martii) | 8 |
| 1217. V. 6 decembris. mer. | 421 |
| 1218. VI, 20 decembris | 215 |
| 1219. VII, 13 novembris. merc. | 183. 193 |
| (1219. 13 novembris?) ante 1220. 12 nov. | 183 |
| 1220. VIII, 12 januarii. dom. | 183 |
| 1221. IX, 25 aprilis, dom. | 664, 666 |
| 1221. (IX), 30 octobris, sab. | 867 |
| 1222. (IX), 19 aprilis, mart. | 867 |
| 1223. XI, 29 aprilis. sab. | 968 |
| 1224. XII. 7 septembris, sab. | 218 ad 220. 215 |
| 1227. (XV), 16 februarii | 610 |
| 1227. XV, 17 aprilis, sab. et 15 maii (? | 914. 915 |
| 1227. XV, 13 septembris. lun. | 556 |
| 1227. XV, 14 septembris, mar. | 418 |
| 1228. I. 6 junii. mar. | 332 |
| 1228. I. 12 septembris, mar. | 663 |
| 1228. I, 23 septembris, sab. | 663, 669 |
| 1228. I, 12 novembris, dom. | 261 |
| 1228. I, 23 novembris, jov. | 261 |
| 1230. III. 17 aprilis | 683 |
| 1230. (III), 25 novembris | 985 |
| (1232. aut ante?) | 1013 |
| (1232. aut ante?) | 1013 |
| 1232. V, 1 junii, mart. | 405 |
| 1232. V, 17 julii, sab. | 1013 |
| 1233. VI, 4 aprilis. lun. | 582 |
| 1233. VI, 31 julii, dom. | 716 |
| 1234. VII. 20 julii, lun. | 683, 684 |
| 1235. VIII, 13 maii, jov. | 687 |
| 1236. IX. 30 martii, mart. | 512 |
| 1237. X, 23 augusti, dom. | 799 |
| 1237. X, 10 novembris. mart. | 758 ad 761 |
| 1238. XII, 29 julii. ven. | 684 |
| 1239. XII, 13 februarii, dom. | 131 |
| 1240. XIII. 24 januarii, sab. | 100 |
| 1241. XIV, 6 decembris | 843 |
| 1242. XV, 20 junii, ven. | 508 |
| 1242. XV, 3 septembris. merc. | 950, 954 ad 956 |
| 1242. XV, 2 novembris, dom. | 510 |
| 1243. I, 22 februarii, dom. | 758 ad 761 |
| 1244. II, 2 aprilis, merc. | 760 |
| 1245. III, 31 martii, ven. | 508 |
| 1245. (III), 8 julii, dom. | 501 |
| 1246. V. 21 octobris, dom. | 100 |
| 1248. VI, 7 aprilis, jov. | 505 |
| 1248. VI, 6 septembris | 528 |
| 1250. VIII. 7 novembris, mar. (lun.?) | 436 |
| 1251. IX, 10 aprilis, lun. | 505 |
| (1252?) 1253. X, 24 martii. sab. | 502 |
| 1252. IX (X?), 10 aprilis. lun. | 503 |
| 1252. X,. . . julii | 714 |
| 1252. X. 16 julii | 714 |
| 1252. X. 30 julii | 714 |
| 1252. X. 16 augusti. ven. | 502 |
| 1252. X, 11 octobris, ven. | 809 |
| 1252. X. 15 novembris, sab. | 508 |
| 1253. XI. 30 martii, dom. | 502 |
| 1253. XIV, (XI?). 1 aprilis. sab. | 592 |
| 1253. XI, 28 junii, sab. | 502 |
| 1253. XI, 26 septembris, ven. | 504 |
| 1254. XII, 8 aprilis. merc. | 505 |
| 1254. (XII). 16 augusti. dom. | 201 |
| 1254. XII, 11 novembris, merc. | 901 |
| 1255. XIII, 29 aprilis. jov. | 502. 503 |
| 1255. XIII, 6 julii | 508 |
| 1256. XIV, 10 septembris | 507 |
| 1256. XIV, 13 septembris | 507 |
| 1257. XV. 9 novembris. ven. | 1018 |
| 1257. XV. 12 novembris, lun. | 1018 |
| 1258. I. 29 januarii, mar. | 505 |
| 1258. I, 1 aprilis. lun. | 502 |
| 1258. I, 2 julii, mart. | 1020 |
| 1258. I, 29 augusti. lun. | 100 |
| 1259. I, (II?) 7 februarii | 508 |

| a | b |
|---|---|
| 1259. (ii'). p. fest. b. Martini hyem., jov. | 944 |
| 1259. ii, 3 novembris, lun. | 887 |
| 1260. iii, 10 martii, merc. | 926 |
| 1260. iii, 15 junii, mar. | 264 |
| 1261. v (sic), 2 aprilis, sab. | 867 |
| 1261. iv, 29 septembris. jov. | 502 |
| (1262?) 1272. v, 15 aprilis, sab. | 160 |
| 1262. v, 13 decembris, merc. | 506 |
| 1263. vi, 3 martii, jov. | 334 |
| 1264. vii, 14 julii, ven. | 506 |
| 1265. viii, 17 julii, jov. | 511 |
| 1265. viii, 3 augusti, lun. | 502 |
| 1265. viii, 15 septembris, mar. | 466 |
| 1266. ix, 22 junii, mar. | 945 |
| 1266. ix, 27 septembris. lun. | 506 |
| 1266. ix, 28 (27?) septembris. lun. | 506 |
| 1266. ix, 15 octobris (novembris?) lun. | 506 |
| 1266. ix, 15 novembris, lun. | 506 |
| 1266. ix, 4 decembris, sab. | 506 |
| 1267. x, 19 januarii, merc. | 511 |
| 1267. x, 16 februarii, merc. | 506 |
| (1267?) 1264. x, 17 (16?) feb., merc. | 506 |
| (1267?) 1264. x, 2 (4?) martii, jov. | 506 |
| 1267. x, 2 (4?) martii, jov. | 506 |
| 1267. x, 18 maii, merc. | 506 |
| 1267. x, 4 junii, sab. | 508 |
| 1267. x, 14 (15?) novembris, lun. | 506 |
| 1268. xi, . . . | 509 |
| 1268. xi, 22 aprilis, dom. | 906 |
| 1269. xv (xii?) martii (maii?) lun. | 506 |
| 1269. xii, 14 julii, dom. | 506 |
| 1269. xii, 17 novembris, dom. | 867 |
| 1270. xiii, 4 januarii, sab. | 506 |
| 1270. xiii, 15 martii, sab. | 502 |
| 1270. xiii, 16 julii, merc. | 506 |
| 1270. xiii. 16 octobris, jov. | 844 |
| 1271. xiv, 11 junii, sab. (dom.?) | 506 |
| 1271. xiv, 13 septembris, sab. | 948 |
| 1271. xiv, 25 septembris, ven. | 948 |
| 1272. xv, 19 (14?) martii, lun. | 506 |
| 1272. xv, 23 augusti, mar. | 673 |
| 1272. xv, 14 (19?) octobris, merc. | 506 |
| 1272. xv. 19 octobris, merc. | 506 |
| 1272. xv, 7 decembris, merc. | 506 |
| 1273. i. 20 martii, lun. | 267, 268 |
| 1273. i. 22 martii | 267, 268 |
| 1273. i, 24 junii, sab. | 673 |
| 1273. i. 24 novembris, ven. | 673 |
| 1274. (ii), 30 aprilis | 867 |
| 1275. iii, 26 septembris. jov. | 936, 937 |
| 1276. iv, 21 januarii | 260 |
| 1276. iv, 15 junii, dom. | 405 |
| 1276. iv, 19 septembris, sab. | 977 |
| 1276. iv, 18 decembris | 713 |
| 1277. (v), . . . | 480 |
| 1277. v, 14 januarii, jov. | 511 |
| 1277. v, 19 januarii, mar. | 511 |
| 1277. v. 7 (16?) martii, mar. | 867 |
| 1277. v, 9 martii, mar. | 661 |
| 1277. v, 16 martii, mar. | 867 |
| 1277. v, 25 martii, jov. | 867 |
| 1277. v, 9 maii, dom. | 479 |
| 1277. v, 28 maii | 650 |
| 1277. v, 13 septembris, lun. | 950 |
| 1277. (1276?) iv. 26 septembris, sab. | 867 |
| 1278. (vi). 2 januarii, dom. | 952, 954 |
| 1278. (vi), 18 januarii | 952 |
| 1278. vi, 18 julii, lun. | 907 |
| 1278. (ante 3 septembris) | 939 |
| 1279. vii, 24 januarii | 1024 |
| 1279. vii, 15 junii, jov. | 838 |
| 1279. vii, 30 septembris, sab. | 511 |
| 1279. vii, 9 octobris, lun. | 506 |
| 1279. vii, 22 novembris, merc. | 719 |
| 1280. viii, 11 aprilis, jov. | 506 |
| 1280. viii, 28 junii, ven. | 502 |
| 1280. viii, 12 octobris, sab. | 504 |
| 1284. xii, 28 februarii, lun. | 164 |
| 1285. xiii, 10 februarii, sab. | 760 |
| 1286. xiv. . . . septembris | 867 |
| 1287. xv, 22 maii, jov. et 5 augusti, mar. | 867 |
| 1288. i, 13 aprilis, ven. | 143, 144, 146, 149 |
| 1288. i, 20 aprilis, mar. | 513 |
| 1288. i, 22 octobris, ven. | 789 ad 791 |
| 1288. i, 28 novembris, dom. | 143 ad 146 |
| 1288. i, 22 decembris | 165 |
| 1289. ii, 5 aprilis | 163 |
| 1289. ii, 10 maii | 150 ad 152 |
| 1290, iii, 2 februarii | 980 |
| 1290. iii, 6 aprilis, jov. | 1026 |
| 1290. iii, 8 aprilis | 156, 158 ad 160 |
| 1290. iii, 12 aprilis | 195 ad 200 |
| 1290. iii, 2 maii, mar. | 162 |
| 1290. iii, 5 novembris, dom. | 809 |
| 1290. iii, 2 decembris, sab. | 745 |
| 1290. (iii). 8 decembris, ven. | 1035 |
| 1291. iv, 29 julii, dom. | 621 |
| 1291. iv, 10 septembris. mar. (lun.?) | 621 |
| 1292. v, . . . . . . . . . | 743 |
| 1292. v, 28 junii, sab. | 927 |
| 1292. v, 30 junii, lun. | 927 |
| 1292. v, 30 novembris, dom. | 928 |
| 1295. viii, 8 septembris. jov. | 1049, 1050 |
| 1295. viii, 21 novembris, lun. | 676, 677 |
| 1296. ix, 21 februarii, mar. | 678 |
| 1296. ix, 22 februarii, merc. | 678 |
| 1296. ix, 31 julii, mart. | 1049, 1050 |
| 1297. x. 9 augusti, ven. | 1049. 1050 |
| 1300. xiii. . . . . . . . . . | 1051 |
| 1309. (vii), 18 decembris | 1041 |
| 1311. ix, 29 martii | 1043. 1044 |
| 1311. ix, 5 aprilis | 1043 |

# INDEX LOCORUM

## A

## B

## C

**D**

## M

T

W



Y



Z

# INDEX HOMINUM

## C

## G

## I



## J

## K



## L

**M**

## N

## P

**T**

## U